

SPINOZA
TÖREBİLİM
ETHICA

BENEDICTUS DE SPINOZA

Törebilim

Çeviren
Aziz Yardımlı

idea • istanbul

İDEA YAYINEVİ
Şarap İskelesi Sk. 4/101 Karaköy — İstanbul
www.ideayayinevi.com
Bu çeviri için © AZİZ YARDIMLI 1996-2009

BENEDICTUS SPINOZA
Geometrik Düzendeki Tanıtılı
Törebilim
Ethica
ordine geometrico demonstrata
(1677)

I. BASKI 1996

III. BASKI 2009

Tüm hakları saklıdır.

*Bu kitabın hiçbir bölümü yayınevimizin
izni olmaksızın yeniden üretilemez*

Baskı: Bayrak Matbaası

Davutpaşa Cad. No 14, Kat 2 MB İş Merkezi

Topkapı — İstanbul

Printed in Türkiye

ISBN 978 975 397 026 6

İÇİNDEKİLER

- I. Tanrı Üzerine — 9
II. Anlığın Doğası ve Kökeni Üzerine — 51
III. Duyguların Köken ve Doğaları — 106
IV. İnsan Köleliği, Ya Da Duyguların Gücü — 173
V. Anlığın Gücü, Ya Da İnsan Özgürlüğü — 241
Arkasöz — Aziz Yardımlı — 273
Çözümleme — 283
Sözlük — 297
Dizin — 302

ETHICA ORDINE
GEOMETRICO
DEMONSTRATA

GEOMETRİK DÜZENDE
TANITLI
TÖREBİLİM

Definitiones

I. Per *causam sui* intelligo id, cuius essentia involvit existentiam, sive id, cuius natura non potest concipi, nisi existens.

II. Ea res dicitur in suo genere *finita*, quae alia ejusdem naturae terminari potest. Ex. gr. corpus dicitur finitum, quia aliud semper majus concipimus. Sic cogitatio alia cogitatione terminatur. At corpus non terminatur cogitatione, nec cogitatio corpore.

III. Per *substantiam* intelligo id, quod in se est, & per se concipitur: hoc est id, cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat.

IV. Per *attributum* intelligo id, quod intellectus de substantia percipit, tanquam ejusdem essentiam constituens.

V. Per *modum* intelligo substantiae affectiones, sive id, quod in alio esse, per quod etiam concipitur.

VI. Per *Deum* intelligo ens absolute infinitum, hoc est, substantiam constantem infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam, & infinitam essentiam exprimit.

Explicatio. Dico *absolute* infinitum, non autem *in suo genere*; quicquid enim in suo genere tantum infinitum est, infinita de eo attributa negare possumus; quod autem absolute infinitum est, ad ejus essentiam pertinet, quicquid essentiam exprimit, & negationem nullam involvit.

VII. Ea res *libera* dicitur, quae ex sola suae naturae necessitate existit, & a se sola ad agendum determina-

TANIMLAR

1. *Kendinin nedeni* ile özü varoluş içeriğini, ya da, varolmadıkça doğası kavranamayana anlıyorum.

2. Aynı doğada başka bir şey tarafından sınırlanabilenin kendi türünde *sonlu* olduğu söylenir. Örneğin bir cisme her zaman daha büyük olan bir başkasını kavradığımız için sonlu denir. Böylece düşünce bir başka düşünce tarafından sınırlanır. Ama bir cisim düşünce tarafından sınırlanmaz, ne de bir düşünce cisim tarafından sınırlanır.

3. *Töz* ile kendinde olan ve kendisi yoluyla kavranabileni, başka bir deyişle, kavramı bir başka şeyin onu oluşturması gereken kavramına gereksinmeyen anlıyorum.

4. *Yüklem* ile anlaşım tözde onun özünü oluşturuyor olarak algıladığı şeyi anlıyorum.

5. *Kip* ile tözün değişikliklerini, ya da kendisinin de onun yoluyla kavranacağı başka bir şeyde olanı anlıyorum.

6. *Tanın* ile saltık olarak sonsuz Varlığı, eş deyişle, her biri bengi ve sonsuz özü anlatan sonsuz yüklemden oluşan tözü anlıyorum.

Açıklama. *Saltık* olarak sonsuz diyorum, *kendi türünde* değil; çünkü salt kendi türünde sonsuz olana sonsuz yüklemi yadsıyabiliriz; ama özü anlatan ve hiçbir olumsuzlama içermeyen her şey saltık olarak sonsuz olanın özüne aittir.

7. Yalnızca kendi doğasının zorunluğundan varolan ve eyleme yalnızca kendisi tarafından belirlenen *şeye özgür* denir; öte yandan, bir baş-

kası tarafından değişmez ve belirli bir yolda var olmaya ve etkin olmaya belirlenen şeye *zorunlu* ya da daha doğrusu *zorlanmış* denir.

8. Bengilik ile zorunlu olarak salt bengi bir şeyin tanımından geliyor olarak kavrandığı süreçte varoluşum kendisini anlıyor.

*Açıklama.*Çünkü böyle bir varoluş, tıpkı şeyin özü gibi, bengi bir gerçeklik olarak kavranır, ve dolayısıyla süre ya da zaman tarafından açıklanamaz, üstelik süre bir başlangıç ya da son olmaksızın kavransa bile.

BELİTLER

1. Olan herşey ya kendinde ya da başkasındadır.
2. Başkası yoluyla kavranamayan kendisi yoluyla kavranmalıdır.
3. Verili bir belirli nedenden etki zorunlu olarak doğar; ve, buna karşı, eğer hiçbir belirli neden yoksa, bir etkinin doğması olanaksızdır.
4. Etkinin bilgisi nedenin bilgisine bağlıdır, ve onu içerir.
5. Karşılıklı olarak ortaklaşa hiçbirşeyleri olmayan şeyler karşılıklı olarak birbiri yoluyla anlaşılabilir, ya da, birinin kavramı ötekini kavramını içermez.
6. Gerçek idea ideası olduğu şey ile bağdaşmalıdır.
7. Varolmayan olarak kavranabilenin özü varoluş içermez.

ÖNERMELER

ÖNERME 1

Töz doğal olarak değişikliklerine önseldir.

Tanıt. Bu Tanım 3 ve 5'ten açıktır.

ÖNERME 2

Değişik yüklemeleri olan iki töz arasında ortak hiçbirşey yoktur.

Tanıt. Bu da Tanım 3'ten açıktır. Çünkü her töz kendinde olmalı ve kendisi yoluyla kavran-

tur: *Necessaria autem, vel potius co-acta, quae ab alio determinatur ad existendum, & operandum certa, ac determinata ratione.*

VIII. *Per aeternitatem* intelligo ipsam existentiam, quatenus ex sola rei aeternae definitione necessario sequi concipitur.

Explicatio. Talis enim existentia, ut aeterna veritas, sicut rei essentia, concipitur, piroptereaque per durationem, aut tempus explicari non potest, tametsi duratio principio, & fine carere concipiatur.

Axiomata

- I. Omnia, quae sunt, vel in se, vel in alio sunt.
- II. Id, quod per aliud non potest concipi, per se concipi debet.
- III. Ex data causa determinata necessario sequitur effectus, & contra, si nulla detur determinata causa, impossibile est, ut effectus sequatur.
- IV. Effectus cognitio a cognitione causae dependet, & eandem involvit.
- V. Quae nihil commune cum se invicem habent, etiam per se invicem intelligi non possunt, sive conceptus unius alterius conceptum non involvit.
- VI. Idea vera debet cum suo ideato convenire.
- VII. Quicquid ut non existens potest concipi, ejus essentia non involvit existentiam.

Propositio I

Substantia prior est natura suis affectionibus.

Demonstratio. Patet ex Definitione 3 & 5.

Propositio II

Duae substantiae, diversa attributa habentes, nihil inter se commune habent.

Demonstratio. Patet etiam ex Defin. 3. Unaquaeque enim in se debet esse, & per se debet concipi-

pi, sive conceptus unius conceptum alterius non involvit.

Propositio III

Quae res nihil commune inter se habent, earum una alterius causa esse non potest.

Demonstratio. Si nihil commune cum se invicem habent, ergo (per Axiom. 5) nec per se invicem possunt intelligi; adeoque (per Axiom. 4) una alterius causa esse non potest. Q.E.D.

Propositio IV

Duae, aut plures res distinctae, vel inter se distinguuntur ex diversitate attributorum substantiarum, vel ex diversitate earundem affectionum.

Demonstratio. Omnia, quae sunt, vel in se, vel in alio sunt (per Axiom. 1), hoc est (per Defin. 3 & 5) extra intellectum nihil datur praeter substantias, earumque affectiones. Nihil ergo extra intellectum datur, per quod plures res distingui inter se possunt praeter substantias, sive quod idem est (per Defin. 4) earum attributa, earumque affectiones. Q.E.D.

Propositio V

In rerum natura non possunt dari duae, aut plures substantiae ejusdem naturae, sive attributi.

Demonstratio. Si darentur plures distinctae, deberent inter se distingui, vel ex diversitate attributorum, vel ex diversitate affectionum (per Prop. praeced.). Si tantum ex diversitate attributorum, concedetur ergo, non dari, nisi unam ejusdem attributi. At si ex diversitate affectionum, cum substantia sit prior naturae suis affectionibus (per Prop. 1), depositis ergo affectionibus, & in se considerata, hoc est (per Defin. 3 & Axiom. 6) vere considerata, non poterit concipi ab alia distingui, hoc est (per Prop. praeced.) non poterunt dari plures, sed tantum una. Q.E.D.

malıdır; ya da, birinin kavramı ötekinin kavramını içermez.

ÖNERME 3

Eğer iki şey arasında ortak hiçbirşey yoksa, biri ötekinin nedeni olamaz.

Tanıt. Eğer birbirleri ile ortak hiçbirşeyleri yoksa (Belit 5'e göre) birbirleri yoluyla anlaşılabilirler; dolayısıyla (Belit 4'e göre) biri ötekinin nedeni olamaz.—Q.E.D.

ÖNERME 4

İki ya da daha çok değişik şey birbirlerinden ya tözlerin yüklemelerinin ayrımı yoluyla ya da değişikliklerinin ayrımı yoluyla ayırılmaz.

Tanıt. Olan herşey ya kendinde ya da başkasındadır (Belit 1'e göre), eş deyişle (Tan. 3 ve 5'e göre), anlağın dışında tözler ve değişikliklerinden başka hiçbirşey yoktur. Öyleyse anlağın dışında birçok şeyin birbirinden ayırıldıkabilmesi için tözlerden, ya da, yine aynı şey (Tan. 4), onların yüklem ve değişikliklerinden başka hiçbirşey yoktur.—Q.E.D.

ÖNERME 5

Şeylerin Doğasında [= evrende] aynı doğayı ya da aynı yüklemi taşıyan iki ya da daha çok töz olamaz.

Tanıt. Eğer değişik birçok töz varsa, bunlar birbirlerinden ya yüklemelerinin ayrılığı yoluyla ya da değişikliklerinin ayrılığı yoluyla ayırıldıkilmelidir (Ön. 4). Eğer yalnızca yüklemelerinin ayrılığı yoluyla ayırıldıkilerse, aynı yüklemi taşıyan birden çok tözün olamayacağı kabul edilecektir. Eğer değişikliklerinin ayrılığı yoluyla ayırıldıkilerse, o zaman bir töz doğal olarak değişikliklerine önsel olduğu için (Ön. 1), değişiklikler bir yana bırakılıp töz kendinde, eş deyişle (Tan. 3 ve Bel. 6) doğru olarak irdelenirse, o zaman başka bir tözden ayrı olarak kavranamaz, e.d. (önceki Ön.), aynı doğayı ya da yüklemi taşıyan iki ya da daha çok değil ama yalnızca bir töz olabilir.—Q.E.D.

ÖNERME 6

Bir töz bir başka töz tarafından üretilemez.

Tanıt. Şeylerin Doğasında aynı yüklemi olan (önceki Ön.), eş deyişle, birşeyi kendi aralarında ortaklaşa taşıyan (Ön. 2) iki töz olamaz. Dolayısıyla (Ön. 3) biri ötekinin nedeni olamaz, ya da öteki tarafından üretilemez. —Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki bir töz başka birşey tarafından üretilemez. Çünkü, Belit 1 ve Tanım 3 ve 5'ten açıktır ki, Şeylerin Doğasında tözlerden ve deşikilerinden başka hiçbirşey yoktur. Ama bir töz bir başka töz tarafından üretilemez (önceki Ön.). Öyleyse bir töz saltuk olarak başka birşey tarafından üretilemez. —Q.E.D.

Bir Başka Tanıt. Bu aykırının saçmalığı yoluyla daha kolay tanıtlanabilir. Çünkü eğer bir töz başka birşey tarafından üretilenir, bilgisi nedeninin bilgisine bağımlı olmalıdır (Bel. 4); ama buna göre (Tan. 3) kendisi bir töz olmayacaktır.

ÖNERME 7

Varolmak tözün doğasına özgüdür.

Tanıt. Bir töz başka birşey tarafından üretilemez (önceki Önermeye Sonurgu); öyleyse kendinin nedenidir, e.d. (Tan. 1), özü zorunlu olarak varoluş içerir, ya da, varoluş doğasına özgüdür. —Q.E.D.

ÖNERME 8

Her töz zorunlu olarak sonsuzdur.

Tanıt. Tek yüklemli töz tek bir töz olmaksızın varolmaz (Ön. 5), ve varolmak tözün doğasına özgüdür (Ön. 7). Öyleyse doğasından ötürü ya sonlu ya da sonsuz olarak varolacaktır. Ama sonlu olarak varolamaz. Çünkü (Tan. 2) o zaman zorunlu olarak varolması gereken (Ön. 7) ve aynı doğada olan başka bir töz tarafından sınırlanması gerekecektir; ve böylece aynı yüklemi taşıyan iki töz varolacaktır, ki saçmadır (Ön. 5). Öyleyse sonsuz olarak varolur —Q.E.D.

Propositio VI

Una substantia non potest produci ab alia substantia.

Demonstratio. In rerum natura non possunt dari duae substantiae ejusdem attributi (per Prop. praeced.), hoc est (per Prop. 2), quae aliquid inter se commune habent. Adeoque (per Prop. 3) una alterius causa esse nequit, sive ab alia non potest produci. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur substantiam ab alio produci non posse. Nam in rerum natura nihil datur praeter substantias, earumque affectiones, ut patet ex Axiom. 1 & Defin. 3 & 5. Atqui a substantia produci non potest (per Prop. praeced.). Ergo substantia absolute ab alio produci non potest. Q.E.D.

Aliter. Demonstratur hoc etiam facilius ex absurdo contradictorio. Nam si substantia ab alio posset produci, ejus cognitio a cognitione suae causae deberet pendere (per Axiom. 4); adeoque (per Defin. 3) non esset substantia.

Propositio VII

Ad naturam substantiae pertinet existere.

Demonstratio. Substantia non potest produci ab alio (per Coroll. Prop. praeced.); erit itaque causa sui, id est (per Defin. 1), ipsius essentia involvit necessario existentiam, sive ad ejus naturam pertinet existere. Q.E.D.

Propositio VIII

Omnis substantia est necessario infinita.

Demonstratio. Substantia unius attributi non, nisi unica, existit (per Prop. 5), & ad ipsius naturam pertinet existere (per Prop. 7). Erit ergo de ipsius natura, vel finita, vel infinita existere. At non finita. Nam (per Defin. 2) deberet terminari ab alia ejusdem naturae, quae etiam necessario deberet existere (per Prop. 7); adeoque darentur duae substantiae ejusdem attributi, quod est absurdum (per Prop. 5). Existit ergo infinita. Q.E.D.

Scholium I. Cum finitum esse revera sit ex parte negatio, & infinitum absoluta affirmatio existentiae alicujus naturae, sequitur ergo ex sola Prop. 7 omnem substantiam debere esse infinitam.

Scholium II. Non dubito, quin omnibus, qui de rebus confuse judicant, nec res per primas suas causas noscere consueverunt, difficile sit, demonstrationem Prop. 7 concipere; nimirum quia non distinguunt inter modificationes substantiarum, & ipsas substantias, neque sciunt, quomodo res producuntur. Unde fit, ut principium, quod res naturales habere vident, substantiis affingant; qui enim veras rerum causas ignorant, omnia confundunt, & sine ulla mentis repugnantia tam arbores, quam homines, loquentes fingunt, & homines tam ex lapidibus, quam ex semine, formari, & quascunque formas in alias quascunque mutari, imaginantur. Sic etiam, qui naturam divinam cum humana confundunt, facile Deo affectus humanos tribuunt, praesertim quamdiu etiam ignorant, quomodo affectus in mente producuntur. Si autem homines ad naturam substantiae attenderent, minime de veritate Prop. 7 dubitarent; imo haec Prop. omnibus axioma esset, & inter notions communes numeraretur. Nam per substantiam intelligerent id, quod in se est, & per se concipitur, hoc est, id, cujus cognitio non indiget cognitione alterius rei. Per modificationes autem id, quod in alio est, & quarum conceptus a conceptu rei, in qua sunt, formatur: quocirca modificationum non existentium veras ideas possumus habere; quandoquidem, quamvis non existant actu extra intellectum, earum tamen essentia ita in alio comprehenditur, ut per idem concipi possint. Verum substantiarum veritas extra intellectum non est, nisi in se ipsis, quia per se concipiuntur. Si quis ergo diceret, se clarum, & distinctam, hoc est, veram ideam substantiae habere, & nihilominus dubitare, num talis substantia existat, idem hercle esset, ac si diceret, se veram habere ideam, &

Not 1. Sonlu olmak gerçekte herhangi bir doğanın varoluşunun bölümsel olumsuzlaması, ve sonsuz olmak saltık olumsuzlaması olduğu için, buna göre, yalnızca Ön. 7'den, tüm töz sonsuz olmalıdır.

Not 2. Hiç kuşku yok ki şeyleri karışık bir yolda yargılayan ve onları ilk nedenleri yoluyla anlamaya alışık olmayan herkes 7. Önermenin tanımını kavramayı güç bulacaktır; çünkü bunlar tözlerin deęişikleri ile tözlerin kendileri arasında hiçbir ayrım yapmazlar, ve şeylerin hangi yolda üretildiğini bilmezler. Bu yüzden yanlışlıkla doğal şeylerde gördükleri başlangıcı tözlere yükledikleri olur; çünkü şeylerin gerçek nedenlerini bilmeyenler herşeyi karıştırır, ve en küçük bir ansal tikslenme olmaksızın ağaçların insanlar gibi konuştuklarını tasarlar, ya da insanların tohumdan doğdukları gibi taşlardan da yapıldıklarını ve tüm biçimlerin birbirlerine deęişebileceklerini imgelerler. Böylece tanrısal doğayı insansal ile karıştıranlar da, özellikle duyguların anlıkta nasıl üretildiğini bilmiyorlarsa, kolayca Tanrıya insan duygularını yüklerler. Ama eğer insanlar tözün doğasına dikkat ederlerse, Önerme 7 konusunda en küçük bir kuşkuları olmayacaktır; aslında bu önerme herkes için bir belit deęerinde olacak, ve ortak Kavramlar [*notiones communes*] arasında sayılacaktır. Çünkü o zaman töz ile kendinde olanı ve kendisi yoluyla kavrananı, e.d. bilgisi başka birşeyin bilgisini gerektirmeyeni anlayacaklardır. Ama deęişikler ile başka birşeyde olanı, ve kavramı kendisinde olduğu şeyin kavramına göre oluşımı anlayacaklardır; bu yüzden varolmayan deęişiklerin gerçek idealarını edinebilirler, çünkü bunlar anlağın dışında edimsel olarak varolmasalar da, gene de özlere başka birşeyde öyle bir yolda kapansın ki, onun yoluyla kavranabilirler. Ama tözlerin gerçeklikleri, anlağın dışında, onların kendilerinden başka bir yerde deęildir, çünkü kendileri yoluyla kavranırlar. Öyleyse eğer biri bir tözün açık ve seçik, e.d. gerçek bir ideasını taşıdığını, ve gene de bu tözün varolup olmadığı konusunda kuşkulu olduğunu söylerse, aslında

gerçek bir ideası olduğunu ve gene de bunun yanlış olup olmadığını merak ettiğini söyleyen biri gibi olacaktır (soruna biraz dikkat eden birine açık olduğu gibi); benzer olarak, eğer biri tözün yaratılmış olduğunu söylerse, aynı zamanda yanlış bir ideanın gerçek olduğunu bildirmiş olacaktır ki, bundan daha saçma birşey tasarlamak güçtür; ve öyleyse zorunlu olarak kabul edilmelidir ki tözün varoluşu, özü gibi, bengi bir gerçekliktir. Ve bu yüzden aynı doğada yalnızca tek bir tözün olabileceği vargısına bir başka yoldan da ulaşabiliriz, ve sınıırım bunun nasıl olduğu göstermeye değerdir. Ama düzenli olarak ilerleyebilmek için belirtmek gerek ki, (1) her bir şeyin gerçek tanımı tanımlanan şeyin doğasından başka birşeyi içermez ve anlatmaz. Bundan şu çıkar ki, (2) hiçbir tanım kendi içinde belli bir sayıda birey kapsamaz ya da anlatmaz, çünkü tanım tanımlanan şeyin doğasından başka birşeyi anlatmaz. Örneğin, bir üçgenin tanımı yalnızca ve yalnızca bir üçgenin yalın doğasını anlatır; belli bir sayıda üçgeni değil. (3) Belirtmek gerek ki varolan her şey için zorunlu olarak varolmasını sağlayan bir neden olmalıdır. (4) Son olarak belirteceğiz ki, bir şeyin varolmasını sağlayan bu neden ya varolan şeyin doğasının kendisinde ve tanımında kapsanmalı (çünkü varolmak şeyin doğasına özgüdür), ya da onun dışında bir yerde olmalıdır. Bu kabul edildiğinde, açıktır ki eğer Doğada belli bir sayıda birey varsa, zorunlu olarak herhangi bir belirli sayıda bireyin varolmasına ve daha çok ya da daha az sayıda olmamalarına yol açan bir neden olmalıdır. Eğer örneğin Doğada yirmi insan varolacaksa (ki, daha büyük bir açıklık uğruna, aynı zamanda var olduklarını ve onlardan önce hiç kimsenin var olmadığını söyleyeceğim), (yirmi insanın varolmasının bir nedenini verirken) genelde insan doğasını neden olarak göstermek yetmeyecek, ama niçin zorunlu olarak yirmiden daha çoğunun ya da daha azının var olmadığı konusunda da bir neden göstermek zorunlu olacaktır, çünkü (3. Noktaya göre) her birinin varolması için zorunlu olarak bir neden olmalıdır. Ama bu neden (2. ve 3. nokta-

nihilominus dubitare, num falsa sit (ut satis attendenti fit manifestum); vel, si quis statuat, substantiam creati, simul statuit, ideam falsam factam esse veram, quo sane nihil absurdius concipi potest; adeoque fatendum necessario est, substantiae existentiam, sicut ejus essentiam, aeternam esse veritatem. Atque hinc alio modo concludere possumus, non dari, nisi unicam, ejusdem naturae, quod hic ostendere, operae pretium esse duxi. Ut autem hoc ordine faciam, notandum est, I. veram uniuscujusque rei definitionem nihil involvere, neque exprime praeter rei definitae naturam. Ex quo sequitur hoc II., nempe nullam definitionem certum aliquem numerum individuum involvere, neque exprimere, quandoquidem nihil aliud exprimit, quam naturam rei definitae. Ex. gr. definitio trianguli nihil aliud exprimit, quam simplicem naturam trianguli; at non certum aliquem triangulorum numerum. III. Notandum, dari necessario uniuscujusque rei existentis certam aliquam causam, propter quam existit. IV. Denique notandum, hanc causam, propter quam aliqua res existit, vel debere contineri in ipsa natura, & definitione rei existentis (nimirum quod ad ipsius naturam pertinet existere), vel debere extra ipsam dari. His positis sequitur, quod, si in natura certus aliquis numerus individuum existat, debeat necessario dari causa, cur illa individua, & cur non plura, nec pauciora existunt. Si ex. gr. in rerum natura 20 homines existant (quos, majoris perspicuitatis causa, suppono simul existere, nec alios antea in natura existisse), non satis erit (ut scilicet rationem reddamus, cur 20 homines existant) causam naturae humanae in genere ostendere; sed insuper necesse erit, causam ostendere, cur non plures, nec pauciores, quam 20 existant; quandoquidem (per Notam III) uniuscujusque debet necessario dari causa, cur existat. At haec causa (per Notam II & III) non potest in ipsa natura humana

contineri, quandoquidem vera hominis definitio numerum vicenarium non involvit; adeoque (per Notam IV) causa, cur hi viginti homines existunt, & consequenter cur unusquisque existit, debet necessario extra unumquemque dari, & propterea absolute concludendum, omne id, cuius naturae plura individua existere possunt, debere necessario, ut existant, causam externam habere. Jam quoniam ad naturam substantiae (per jam ostensa in hoc Schol.) pertinet existere, debet ejus definitio necessarium existentiam involvere, & consequenter ex sola ejus definitione debet ipsius existentia concludi. At ex ipsius definitione (ut jam ex Nota II & III ostendimus) non potest sequi plurium substantiarum existentia; sequitur ergo ex ea necessario, unicam tantum ejusdem naturae existere, ut proponebatur.

Propositio IX

Quo plus realitatis, aut esse unaquaque res habet, eo plura attributa ipsi competunt.

Demonstratio . Patet ex Defin. 4.

Propositio X

Unumquodque unius substantiae attributum per se concipi debet.

Demonstratio . Attributum enim est id, quod intellectus de substantia percipit, tanquam ejus essentiam constituens (per Defin. 4), adeoque (per Defin. 3) per se concipi debet. Q.E.D.

Scholium . Ex his apparet, quod, quamvis duo attributa realiter distincta concipiantur, hoc est, unum sine ope alterius, non possumus tamen inde concludere, ipsa duo entia, sive duas diversas substantias constituere; id enim est de naturae substantiae, ut unumquodque ejus attributorum per se concipiatur; quandoquidem omnia, quae habet, attributa simul in ipsa semper fuerunt, nec unum ab alio produci potuit; sed unumquodque realitatem, sive esse substantiae exprimit. Longe ergo abest, ut absurdum sit, uni substantiae plura attributa tribuere;

lara göre) insan doğasının kendisinde kapsanmaz, çünkü insanın gerçek tanımını yirmi sayısını içermez; bu yüzden (4. noktaya göre) bu yirmi insanın varolmasının ve buna göre her birinin varolmasının nedeni zorunlu olarak her birinin dışında olmalıdır; böylece saltık olarak şu vargı çıkarılmalıdır ki, aynı doğada olan birçok bireyden oluşabilen herşey için zorunlu olarak dışsal bir neden olmalıdır. Şimdi (bu notta gösterdiğimiz gibi) varolmak tözün doğasına özgü olduğu için, tanımı zorunlu varoluşu içermeli, ve dolayısıyla varoluşu yalnızca tanımından çıkarılmalıdır. Ama (2. ve 3. noktalardan gösterdiğimiz gibi) tanımından birden çok tözün varoluşu çıkarsanamayacağı için, bundan zorunlu olarak aynı doğada birden çok tözün olamayacağı sonucu çıkar.

ÖNERME 9

Bir şey ne denli olgusalık ya da varlık taşırsa, o denli çok yüklemi vardır.

Tanıt . Tanım 4'ten açıktır.

ÖNERME 10

Bir tözün her yüklemi kendisi yoluyla kavranmalıdır.

Tanıt . Çünkü bir yüklem anlağın bir tözde onun özünü oluşturuyor olarak algıladığı şeydir (Tan. 4), ve buna göre (Tan. 3) kendisi yoluyla kavranmalıdır.—Q.E.D.

Not . Bu yüzden açıktır ki, iki yüklem olgusal olarak ayrı ayrı kavranmasına, e.d. birinin ötekinin yardımı olmaksızın kavranmasına karşın, bundan iki kendilik ya da iki ayrı töz oluşturdukları vargısını çıkaramayız; çünkü yüklemelerinden her birinin kendisi yoluyla kavranması tözün doğasına özgüdür, çünkü taşıdığı tüm yüklemeler onda her zaman birlikte olmuşlardır, ve birinin öteki tarafından üretilmiş olması olanaksızdır; ama her biri tözün olgusallığını ya da varlığını anlatır. Öyleyse tek bir töze birçok yüklem yüklemek saçma olmaktan çok uzaktır; tersine, Doğada hiçbirşey şundan daha açık değil-

dir ki, her varlık belli bir yüklem altında kavranmalıdır; ve ne denli olgusalılık ya da varlık taşırırsa, hem zorunluk ya da bengilik hem de sonsuzluk anlatan yüklemeleri o denli çok olacaktır; ve buna göre hiçbirşey saltık olarak sonsuz Varlığın zorunlu olarak (Tan. 6'da gösterdiğimiz gibi) her biri belli bir bengi ve sonsuz özü anlatan sonsuz yüklemelerden oluşan Varlık olarak tanımlanmasından daha açık olmaz. Ama gene de tözlerin türülüğünü hangi belirti ile ayırdedebileceğimiz sorulacak olursa, aşağıda Şeylerin Doğasında yalnızca tek bir tözün varolduğunu ve bunun saltık olarak sonsuz olduğunu gösterecek olan Önermeler okunabilir ve bunun üzerine o belirti boşuna istenmiş olur.

ÖNERME 11

Her biri bengi ve sonsuz özü anlatan sonsuz yüklemelerden oluşan Tanrı ya da töz zorunlu olarak vardır.

Tanıt. Eğer bu yadsınırsa, eğer olanaklıysa Tanrının varolmadığını düşünün. O zaman (Belit 7) özü varoluş içermez. Ama bu (Ön. 7) saçmadır: Öyleyse Tanrı zorunlu olarak vardır. —Q.E.D.

Bir başka Tanıt. Herşeyin varolması ya da varolmaması için bir neden ya da zemin olmalıdır. Örneğin bir üçgen varsa, varolmasının bir zemini ya da nedeni olmalıdır; ama yoksa, yine varolmasını engelleyen ya da onu ortadan kaldıran bir zemin ya da neden olmalıdır. Şimdi bu zemin ya da neden ya da şeyin doğasında kapsanmalı ya da onun dışında olmalıdır. Örneğin bir daire-karenin varolmamasının zemini dairenin doğasının kendisi gösterir, çünkü bir çelişki içerir. Buna karşı, tözün varoluşu yalnızca onun kendi doğasından gelir, çünkü doğası varoluş içerir (bkz. Ön. 7). Ama bir dairenin ya da üçgenin varolmasının ya da varolmamasının zemini onların kendi doğalarından değil, ama evrensel cisimsel doğanın düzeninden gelir; çünkü bundan ya bir üçgenin zorunlu ola-

kın nihil in natura clarius, quam quod unumquodque ens sub aliquo attributo debeat concipi, & quo plus realitatis, aut esse habeat, eo plura attributa, quae & necessitatem, sive aeternitatem, & infinitatem expriment, habebat; & consequenter nihil etiam clarius, quam quod ens absolute infinitum necessario sit definiendum (ut Defini. 6 tradidimus) ens, quod constat infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam, & infinitam certam essentiam exprimit. Si quis autem jam quaerit, ex quo ergo signo diversitatem substantiarum poterimus dignoscere, legat sequentes Propositiones, quae ostendunt in rerum natura non, nisi unam substantiam, existere, eamque absolute infinitam esse, quapropter id signum frustra quaereretur.

Propositio XI

Deus, sive substantia constans infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam, & infinitam essentiam exprimit, necessario existit.

Demonstratio. Si negas, concipe, si fieri potest, Deum non existere. Ergo (per Axiom. 7) ejus essentia non involvit existentiam. Atqui hoc (per Prop. 7) est absurdum: Ergo Deus necessario existit. Q.E.D.

Aliter. Cujuscumque rei assignari debet causa, seu ratio, tam cur existit, quam cur non existit. Ex. gr. si triangulus existit, ratio, seu causa dari debet, cur existit; si autem non existit, ratio etiam, seu causa dari debet, quae impedit, quominus existat, sive quae ejus existentiam tollat. Haec vero ratio, seu causa, vel in natura rei contineri debet, vel extra ipsam. Ex. gr. rationem, cur circulus quadratus non existat, ipsa ejus natura indicat; nimirum, quia contradictionem involvit. Cur autem contra substantia existat, ex sola etiam ejus natura sequitur, quia scilicet existentiam involvit (vide Prop. 7). At ratio, cur circulus, vel triangulus existit, vel cur non existit, ex eorum natura non sequitur, sed ex ordine universae naturae corporeae; ex eo enim sequi debet, vel jam triangulum necessario existere, vel impossibile esse, ut jam existat.

Atque haec per se manifesta sunt. Ex quibus sequitur, id necessario existere, cuius nulla ratio, nec causa datur, quae impedit, quominus existat. Si itaque nulla ratio, nec causa dari possit, quae impedit, quominus Deus existat, vel quae ejus existentiam tollat, omnino concludendum est, eundem necessario existere. At si talis ratio, seu causa daretur, ea, vel in ipsa Dei natura, vel extra ipsam dari deberet, hoc est, in alia substantia alterius naturae. Nam si ejusdem naturae esset, eo ipso concederetur dari Deum. At substantia, quae alterius esset naturae, nihil cum Deo commune habere (per Prop. 2), adeoque neque ejus existentiam ponere, neque tollere posset. Cum igitur ratio, seu causa, quae divinam existentiam tollat, extra divinam naturam dari non possit, debet necessario dari, siquidem non existit, in ipsa ejus natura, quae propterea contradictionem involveret. Atqui hoc de Ente absolute infinito, & summe perfectio affirmare, absurdum est; ergo nec in Deo, nec extra Deum ulla causa, seu ratio datur, quae ejus existentiam tollat, ac proinde Deus necessario existit. Q.E.D.

Aliter. Posse non existere impotentia est, & contra posse existere potentia est (ut per se notum). Si itaque id, quod jam necessario existit, non nisi entia finita sunt, sunt ergo entia finita potentiora Ente absolute infinito: atque hoc (ut per se notum) absurdum est; ergo vel nihil existit, vel Ens absolute infinitum necessario etiam existit. Atqui nos, vel in nobis, vel in alio, quod necessario existit, existimus (vide Axiom. 1 & Prop. 7). Ergo Ens absolute infinitum, hoc est (per Defini. 6), Deus necessario existit. Q.E.D.

Scholium. In hac ultima demonstratione Dei existentiam a posteriori ostendere volui, ut demonstratio facilius perciperetur; non autem propterea, quod ex hoc eodem funda-

mentum rak şimdiden varolduđu ya da şimdiden varolmasının olanaksız olduđu sonucu çikmalıdır. Ama bu kendiliđinden açıktır. Ve bundan şü çıkar ki eđer bir şeyin varolmasını engelleyen hiçbir zemin ya da neden yoksa o şey zorunlu olarak vardır. Öyleyse eđer Tanrının varolmasını engelleyen ya da varoluşunu ortadan kaldıran hiçbir zemin ve hiçbir neden yoksa, bütünüyle açıktır ki zorunlu olarak varolduđu vargısını çıkarmamız gerekir. Ama eđer böyle bir zemin ya da neden varsa, bu ya Tanrının doğasının kendisinde, ya da onun dışında, e.d. bir başka doğadaki başka bir tözde olmalıdır. Çünkü eđer aynı doğadaki bir tözde olsaydı, böylelikle şimdiden Tanrının varolduđu kabul edilmiş olurdu. Ama bir başka doğada olan bir tözün Tanrı ile ortak hiçbirşeyi olamaz (Ön. 2), ve dolayısıyla ona ne varoluş verebilir ne de onu ortadan kaldıracabilir. Ve Tanrının varoluşunu ortadan kaldıran zemin ya da neden tanrısal doğanın dışında varolamayacağı için, eđer tanrısal doğa varolmasaydı, zorunlu olarak onun doğasının kendisinde var olur, ve bu doğa böylece bir çelişki içerirdi. Ama saltık olarak sonsuz ve en yüksek düzeyde eksiksiz Varlık için bunu ileri sürmek saçmadır; buna göre ne Tanrıda ne de Tanrının dışında onun varoluşunu ortadan kaldıracabilecek herhangi bir zemin vardır, ve dolayısıyla Tanrı zorunlu olarak vardır.—Q.E.D.

Bir başka Tanıt. Varolmayabilmek güçsüzlük, varolabilmek ise güçtür (kendiliđinden açık olduđu gibi). O zaman eđer sonlu şeyler dışında zorunlu olarak varolan hiçbirşey yoksa, bundan şü çıkar ki sonlu şeyler saltık olarak sonsuz Varlıktan daha güçlüdürler; ki bu (kendiliđinden açık olduđu gibi) saçmadır; öyleyse, ya hiçbirşey yoktur, ya da saltık olarak sonsuz Varlık zorunlu olarak vardır. Ama bizim kendimiz ya kendimizde ya da zorunlu olarak varolan başka birşeyde var oluruz (bkz. Belit 1 ve Ön. 7). Öyleyse saltık olarak sonsuz Varlık, eş deyişle (Tan. 6), Tanrı zorunlu olarak vardır.—Q.E.D.

Not. Bu son tanıtlamada Tanrının varlığını *a posteriori* göstermeyi istedim; Tanrının varoluşu aynı temelde *a priori* doğmayacağı için değil, ama tanıt-

lama daha kolay kavranabilsin diye. Çünkü varolabilme bir güç olduğu için, bundan şu çıkar ki, bir şeyin doğasına ne denli olgusallık düşerse, kendisinden türettiği varolma gücü o denli büyük olur; ve buna göre saltık olarak sonsuz Varlığın ya da Tanrının kendinden saltık olarak sonsuz bir varoluş gücü vardır, ve dolayısıyla zorunlu olarak vardır. Gene de belki de pekçokları bu tanıtlamanın açıklığını kolayca göremeyecektir; çünkü yalnızca dışsal nedenlerden kaynaklanan şeyleri düşünmeye alışmışlardır; ve bunlardan çabucak doğan, başka bir deyişle, kolayca varolan şeylerin kolayca yokolduğunu görürler; buna karşı, kendilerine daha çok şeyin ait olduğunu düşündükleri şeyleri üretmenin ise zor olduğu, e.d. bunların kolayca varolmadıkları yargısında bulunurlar. Ama bu önyargıları giderebilmek için, burada bu “Çabuk yapılan çabuk yiter” deyiminin hangi anlamda doğru olduğunu göstermem gerekmez; ne de, Doğanın bütününe bakarak, tüm şeylerin eşit ölçüde kolay olduklarını ya da olmadıklarını göstermem gerekir. Ama belirtmek yeterlidir ki, burada dışsal nedenler tarafından üretilen şeylerden değil, yalnızca hiçbir dışsal neden tarafından üretilemeyecek (Ön. 6) tözlerden söz ediyorum. Çünkü dışsal nedenler tarafından üretilen şeyler, ister çok isterse az sayıda parçadan oluşsunlar, hangi eksiksizliği ya da olgusalılığı taşırlarsa taşısunlar, tümünü de dışsal bir nedenin gücüne borçludurlar; ve dolayısıyla varoluşları yalnızca belli bir dışsal nedenin eksiksizliğinden doğar, kendilerinin değil. Buna karşı, bir töz hangi eksiksizliği taşırsa taşısun, bunu hiçbir dışsal nedene borçlu değildir; dolayısıyla varoluşu da yalnızca kendi doğasından gelmelidir ve öyleyse kendi özünden başka birşey değildir. Eksiksizlik o zaman bir şeyin varoluşunu ortadan kaldırmaz, tersine onu ortaya koyar; ama eksiklik varoluşu ortadan kaldırır, ve buna göre herhangi birşeyin varoluşu üzerine saltık olarak sonsuz ya da eksiksiz Varlığın, eş deyişle Tanrının varoluşu üzerine duyduğumuz pekinlikten daha çoğunu duyamayız. Çünkü özü tüm eksikliği dışladığı ve saltık eksiksizliği içerdiği için, tam bu

mento Dei existentia a priori non sequitur. Nam, cum posse existere potentia sit, sequitur, quo plus realitatis alicujus rei naturae competit, eo plus virium a se habere, ut existat; adeoque Ens absolute infinitum, sive Deum infinitam absolute potentiam existendi a se habere, qui propterea absolute existit. Multi tamen forsam non facile hujus demonstrationis evidentiam videre poterunt, quia assueti sunt, eas solummodo res contemplari, quae a causis externis fiunt; & ex his, quae cito fiunt, hoc est, quae facile existunt, eas etiam facile perire vident, & contra eas res factu difficiliore judicant, hoc est, ad existendum non adeo faciles, ad quas plura pertinere concipiunt. Verum, ut ab his praecipue liberentur, non opus habeo hic ostendere, quae ratione hoc enunciatum, *quod cito fit, cito perit*, verum sit, nec etiam, an respectu totius naturae omnia aequae facilia sint, an secus. Sed hoc tantum notare sufficit, me hic non loqui de rebus, quae a causis externis fiunt, sed de solis substantiis, quae (per Prop. 6) a nulla causa externa produci possunt. Res enim, quae a causis externis fiunt, sive eae multis partibus constant, sive paucis, quicquid perfectionis, sive realitatis habent, id omne virtuti causae externae debetur; adeoque earum existentia ex sola perfectione causae externae, non autem suae oritur. Contra, quicquid substantia perfectionis habet, nulli causae externae debetur; quare ejus etiam existentia ex sola ejus natura sequi debet, quae proinde nihil aliud est, quam ejus essentia. Perfectio igitur rei existentiam non tollit, sed contra ponit; imperfectio autem contra eandem tollit, adeoque de nullius rei existentia certiores esse possumus, quam de existentia Entis absolute infiniti, seu perfecti, hoc est, Dei. Nam quandoquidem ejus essentia omnem imperfectionem secludit, absolut-

amque perfectionem involvit, eo ipso omnem causam dubitandi de ipsius existentia tollit, summamque de eadem certitudinem dat, quod mediocriter attendenti perspicuum fore credo.

Propositio XII

Nullum substantiae attributum potest vere concipi, ex quo sequatur, substantiam posse dividi.

Demonstratio. Partes enim, in quas substantia, sic concepta, divideretur, vel naturam substantiae retinebunt, vel non. Si primum, tum (per Prop. 8) unaquaeque pars debeat esse infinita, & (per Prop. 6) causa sui, & (per Prop. 5) constare debeat ex diverso attributo, adeoque ex una substantia plures constitui poterunt, quod (per Prop. 6) est absurdum. Adde, quod partes (per Prop. 2) nihil commune cum suo toto haberent, & totum (per Defin. 4 & Prop. 10) absque suis partibus, & esse, & concipi posset, quod absurdum esse, nemo dubitare poterit. Si autem secundum ponatur, quod scilicet partes naturam substantiae non retinebunt; ergo, cum tota substantia in aequales partes esset divisa, naturam substantiae amitteret, & esse desineret, quod (per Prop. 7) est absurdum.

Propositio XIII

Substantia absolute infinita est indivisibilis.

Demonstratio. Si enim divisibilis esset, partes, in quas divideretur, vel naturam substantiae absolute infinitae retinebunt, vel non. Si primum, dabuntur ergo plures substantiae ejusdem naturae, quod (per Prop. 5) est absurdum. Si secundum ponatur, ergo (ut supra) poterit substantia absolute infinita desinere esse, quod (per Prop. 11) est etiam absurdum.

Corollarium. Ex his sequitur, nullam substantiam, & consequenter nullam substantiam corpoream, quatenus substantia est, esse divisibilem.

Scholium. Quod substantia sit indivisibilis, simpliciter ex hoc solo intelligitur, quod natura substantiae non potest concipi, nisi infinita, & quod per partem substantiae nihil aliud intelligi potest, quam substantia finita, quod (per Prop. 8) manifestam contradictionem implicat.

yolla varoluşu üzerine kuşkunum tüm nedeni ortadan kalkar, ve en yüksek pekinlik doğar; ki sanırım en az dikkatli biri tarafından bile açıkça görülecektir.

ÖNERME 12

Bir tözün bölünebileceğini imleyen hiçbir yüklemi doğru olarak kavranamaz.

Tanıt. Çünkü böyle kavranan tözün bölünebileceği parçalar ya tözün doğasını korurlar, ya da korumazlar. Eğer korurlarsa, o zaman (Ön. 8) her parça sonsuz, ve (Ön. 6) kendinin nedeni olur, ve (Ön. 5) değişik bir yüklemden oluşur; öyle ki, tek bir tözden birçok töz yapılabilir, ki (Ön. 6) saçmadır. Dahası, parçaların (Ön. 2) bütünlüğü ile ortak hiçbirşeyleri olmaz, ve bütün (Tan. 4 ve Ön. 10) onu oluşturan parçaları olmaksızın olabilir ve kavranabilir, ki bir saçmalık olduğundan hiç kimse kuşku duymaz. Ama ikinci durum alınırsa, e.d. parçaların tözün doğasını korumadıkları varsayılırsa, o zaman bütün bir töz eşit parçalara bölündüğünde töz doğasını yitirir ve varolmaya son verir, ki (Ön. 7) saçmadır.

ÖNERME 13

Saltık olarak sonsuz töz bölünemezdir.

Tanıt. Eğer bölünebilirse, bölüneceği parçalar saltık olarak sonsuz tözün doğasını koruyacak ya da korumayacaklardır. Eğer korurlarsa, aynı doğayı taşıyan bir tözler çokluğu olacaktır, ki (Ön. 5) saçmadır. Eğer ikinci durum kabul edilirse, o zaman (yukarıda olduğu gibi [Ön. 12]) saltık olarak sonsuz töz varolmaya son verebilir, ki (Ön. 11) saçmadır.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, hiçbir töz, ve dolayısıyla hiçbir cisimsel töz, bir töz olduğu sürece, bölünebilir değildir.

Not. Tözün bölünemez olduğu şu yolda daha kolay anlaşılabilir: Tözün doğası sonsuz olarak olmaktan başka türlü kavranamaz, ve tözün bir parçası ile sonlu tözden başka birşey anlaşılabilir, ki (Ön. 8) açık bir çelişki içerir.

ÖNERME 14

Tanrıdan başka bir töz ne olabilir ne de kavranabilir.

Tanıt. Tanrı kendisine tözün özünü anlatan hiçbir yüklem yadsınamayacağı saltık olarak sonsuz Varlık olduğu için (Tan. 6), ve zorunlu olarak varolduğu için (Ön. 11), bundan şu çıkar ki eğer Tanrının dışında herhangi bir töz olmuş olsaydı, bunun Tanrının belli bir yüklemi yoluyla anlatılması gerekir ve böylece aynı yüklemi taşıyan iki töz bulunurdu, ki (Ön. 5) saçmadır; ve öyleyse Tanrıdan başka hiçbir töz olamaz, ve dolayısıyla başka hiç biri kavranamaz. Çünkü eğer böyle birşey kavranabilseydi, zorunlu olarak var olarak kavranırdı, ve bu (bu tanıtın ilk bölümüne göre) saçmadır. Öyleyse, Tanrının dışında hiçbir töz olamaz ve kavranamaz.—Q.E.D.

Somurgu 1. Bundan ilk olarak açıkça şu çıkar ki, Tanrı birdir, başka bir deyişle, (Tan. 6), Doğada yalnızca bir töz vardır, ve bu saltık olarak sonsuzdur—daha önce Ön. 10'a Notta anıştırdığımız gibi.

Somurgu 2. Dolayısıyla, ikinci olarak, uzamli şey ve düşünen şey ya Tanrının yüklemeleri ya da (Belit 1) Tanrının yüklemelerinin değişikleridirler.

ÖNERME 15

Varolan herşey Tanrıdadır; ve Tanrı olmaksızın hiçbirşey olamaz. ne de kavranabilir.

Tanıt. Tanrıdan başka hiçbir töz olamaz ya da kavranamaz (Ön. 14), e.d. (Tan. 3), Tanrıdan başka hiçbirşey kendinde değildir ve kendisi yoluyla kavranamaz. Ama kipler (Tan. 5) töz olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilirler; öyleyse ancak tanrısal özde olabilirler ve yalnızca onun yoluyla kavranabilirler. Ama tözlerin ve kiplerin dışında hiçbirşey yoktur (Belit 1). Öyleyse Tanrı olmaksızın hiçbirşey olamaz ve kavranamaz.—Q.E.D.

Not. Tanrının bir insan gibi beden ve anlık-tan oluştuğunu ve tutkulara açık olduğunu dü-

Propositio XIV

Praeter Deum nulla dari, neque concipi potest substantia.

Demonstratio. Cum Deus sit ens absolute infinitum, de quo nullum attributum, quod essentiam substantiae exprimit, negari potest (per Defin. 6), isque necessario existat (per Prop. 11), si aliqua substantia praeter Deum daretur, ea explicari deberet per aliquod attributum Dei, sicque duae substantiae ejusdem attributi existerent, quod (per Prop. 5) est absurdum; adeoque nulla substantia extra Deum dari potest, & consequenter non etiam concipi. Nam si posset concipi, deberet necessario concipi, ut existens; atqui hoc (per primam partem hujus Demonstrat.) est absurdum. Ergo extra Deum nulla dari, neque concipi potest substantia. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc clarissime sequitur I^o. Deum esse unicum, hoc est (per Defin. 6) in rerum natura non, nisi unam substantiam, dari, eamque absolute infinitam esse, ut in Scholio Prop. 10 jam innumus.

Corollarium II. equitur II^o. rem extensam, & rem cogitantem, vel Dei attributa esse, vel (per Axiom. 1) affectiones attributorum Dei.

Propositio XV

Quicquid est, in Deo est, & nihil sine Deo esse, neque concipi potest.


Demonstratio. Praeter Deum nulla datur, neque concipi potest substantia (per Prop. 14), hoc est (per Defin. 3) res, quae in se est, & per se concipitur. Modi autem (per Defin. 5) sine substantia nec esse, nec concipi possunt; quare hi in sola divina natura esse, & per ipsam solam concipi possunt. Atqui praeter substantias, & modos nil datur (per Axiom. 1). Ergo nihil sine Deo esse, neque concipi potest. Q.E.D.

Scholium. Sunt, qui Deum instar hominis corpore, & mente constantem, atque passionibus obnoxium fingunt; sed, quam longe hi a


vera Dei cognitione aberrant, satis ex jam demonstratis constat. Sed hos mitto: nam omnes, qui naturam divinam aliquo modo contemplati sunt, Deum esse corporeum, negant. Quod etiam optime probant ex eo, quod per corpus intelligimus quancunque quantitatem, longam, latam, & profundam, certa aliqua figura terminatam, quo nihil absurdius de Deo, ente scilicet absolute infinito, dici potest. Attamen interim alius rationibus, quibus hoc idem demonstrare conantur, clare ostendunt, se substantiam ipsam corpoream, sive extensam a natura divina omnino removere, atque ipsam a Deo creatam statuunt. Ex qua autem divina potentia creari potuerit, prorsus ignorant; quod clare ostendit, illos id, quod ipsimet dicunt, non intelligere. Ego saltem satis clare, meo quidem iudicio, demonstravi (vide Coroll. Prop. 6 & Schol. 2 Prop. 8) nullam substantiam ab alio posse producti, vel creari. Porro Prop. 14 ostendimus, praeter Deum nullam dari, neque concipi posse substantiam; atque hinc conclusimus, substantiam extensam unum ex infinitis Dei attributis esse. Verum, ad pleniorum explanationem, adversariorum argumenta refutabo, quae omnia huc redeunt. Primo, quod substantia corporea, quatenus substantia, constat, ut putant, partibus; & ideo eandem infinitam posse esse, & consequenter, ad Deum pertinere posse, negant. Atque hoc multis exemplis explicant, ex quibus unum, aut alterum afferant. Si substantia corporea, ajunt, est infinita, concipiatur in duas partes dividi; erit unaquaeque pars, vel finita, vel infinita. Si illud, componitur ergo infinitum ex duabus partibus finitis, quod est absurdum. Si hoc, datur ergo infinitum duplo majus alio infinito, quod etiam est absurdum. Porro, si quantitas infinita mensuratur partibus pedes aequantibus, infinitis talibus partibus constare debet, ut &, si partibus mensuretur digitos aequan-

şünenler vardır; oysa bunların gerçek bir Tanrı bilgisinden ne denli uzak oldukları daha önce tanıtılanlardan yeterince açıktır. Ama bunları bir yana bırakacağım, çünkü tanrısal doğa üzerine herhangi bir yolda düşünenlerin tümü de Tanrının cisimsel olduğunu yadsımışlardır. Onun böyle olamayacağını cisimden belli bir beti tarafından sınırlanan ve uzunluk, genişlik ve derinliği olan belirli bir niceliği anladığımızı gösterecek kesin olarak tanıtlamışlardır; ve Tanrıya, saltuk olarak sonsuz bir varlığa bunları yüklemekten daha saçma ne olabilir? Gene de bu arada bu noktayı tanıtlamaya çalışırken başvurdukları başka uslamalardan cisimsel ya da uzamlı tözü tanrısal doğadan bütünüyle ayırdıklarını ve onu Tanrı tarafından yaratılmış olarak gördüklerini açıkça gösterirler. Bununla birlikte, onun hangi tanrısal güçten yaratılmış olabileceğini bilmezler, öyle ki kendi söylediklerinin kendileri tarafından anlaşılmadığı açıktır. Ama, en azından kanımca yeterince açık olarak tanıtladım ki, hiçbir töz bir başkasından üretilemez ya da yaratılmaz (bkz. Ön. 6'ya Sonurgu, ve Ön. 8'e Not). Dahası Ön. 14'te gösterdik ki, Tanrıdan başka hiçbir töz olmaz ve kavranamaz; ve buna göre uzamlı tözün Tanrının sonsuz yüklemelerinden biri olduğu varlığını çıkardık. Ama sorunu bütünüyle açık kılabilmek için karşıtarımın uslamalarını çürüteceğim ki, tümü de şuna varır: İlk olarak, cisimsel tözün, töz olduğu sürece, parçalardan oluştuğunu kabul eder, ve bu yüzden sonsuz olabileceğini ve dolayısıyla Tanrıya ait olabileceğini yadsırlar. Bunu birçok örnekle geliştirirler ve bunlardan birkaçını göstereceğim. İlk olarak, eğer cisimsel töz sonsuz ise, derler, o zaman onu iki parçaya bölmüş olarak düşünelim; her parça öyleyse ya sonlu ya da sonsuz olacaktır. Eğer sonlu iseler, o zaman sonsuz iki sonlu parçadan oluşmuş olacaktır, ki saçmadır. Eğer sonsuz iseler, o zaman bir başka sonsuzdan iki kat büyük bir sonsuz vardır ki, bu da saçmadır. Yine, eğer sonsuz nicelik her biri bir ayak olan eşit parçalar tarafından ölçülürse, böyle sonsuz sayıda parçadan oluşmuş olmalıdır, ve eğer her biri bir parmak olan eşit parça-

lar tarafından ölçülecek olursa, yine aynı şey geçerlidir; ve öyleyse bir sonsuz sayı bir başka sonsuz sayıdan oniki kat büyük olacaktır.* Son olarak, eğer sonsuz bir niceliğin bir noktasından ilkin birbirlerinden belli ve belirli bir uzaklıkta olan iki çizginin, *AB* ve *AC*, sonsuza dek uzatıldığını düşünürsek, hiç kuşkusuz *B* ve *C* arasındaki uzaklık sürekli olarak artacak, ve belirli bir uzaklıktan belirlenemez bir uzaklığa geçecektir. Bu yüzden bun saçmalıklar, onlara göre, sonsuz bir nicelik varsayımından doğduğu için, cisimsel tözün sonlu olması gerektiği ve dolayısıyla Tanrının özüne ait olamayacağı vargısını çıkarırlar. Tanrının en yüksek eksiksizliğinden ikinci bir uslamlama daha türetilir. Tanrı, derler; saltık olarak eksiksiz bir varlık olduğu için edilgin olamaz; ama cisimsel töz, bölünebilir olduğu için, edilgin olabilir; öyleyse Tanrının özüne ait olamaz. Bunlar cisimsel tözün tanrısal doğa için değersiz ve ona ait olamayacağını tanıtlamaya çalışan yazarlarda bulduğum uslamlamalardır. Ama yeterince dikkatli biri bu noktayı daha şimdiden yanıtlamış olduğumu görecektir; çünkü bu tanıtlamanın biricik dayanağı cisimsel tözün parçalardan oluştuğu sayılıstır, ki saçma olduğunu göstermiştim (Ön. 12, ve Ön. 13'e Sonurgu). Dahası, eğer sorun doğru olarak incelenirse görülecektir ki, bu yazarların uzamlı tözün sonlu olduğu vargısını çıkarmak için başvurdukları tüm bu saçmalıklar (aslında tümünün de saçmalık olup olmadıklarını şimdi tartışmıyorum) hiçbir biçimde sonsuz nicelik sayılısından değil, ama sonsuz niceliğin ölçülebilir olduğu ve sonlu parçalardan yapıldığı sayılısından doğar; öyleyse bunun yol açtığı saçmalıklardan sonsuz niceliğin ölçülemez olduğu ve sonlu parçalardan oluşamayacağı dışında hiçbir vargı çıkarılamaz. Ama bu daha şimdiden tanıtladığımız bir



tibus; ac propterea unus numerus infinitus erit duodecies major alio infinito. Denque, si ex uno puncto infinitae cuiusdam quantitatis concipiatur, duas lineas, ut *AB*, *AC*, certa, ac determinata in initio distantia in infinitum protendi; certum est, distantiam inter *B* & *C* continuo augeri, & tandem ex determinata indeterminabilem fore. Cum igitur haec absurda sequantur, ut putant, ex eo, quod quantitas infinita supponitur: inde concludunt, substantiam corpoream debere esse finitam, & consequenter ad Dei essentiam non pertinere. Secundum argumentum petitur etiam a summa Dei perfectione. Deus enim, inquit, cum sit ens summe perfectum, pati non potest: atqui substantia corporea, quandoquidem divisibilis est, pati potest; sequitur ergo, ipsam ad Dei essentiam non pertinere. Haec sunt, quae apud scriptores invenio argumenta, quibus ostendere conantur, substantiam corpoream divina natura indignam esse, nec ad eandem posse pertinere. Verum enimvero, si quis recte attendat, me ad haec jam respondisse comperiet; quandoquidem haec argumenta in eo tantum fundantur, quod substantiam corpoream ex partibus componi supponunt, quod jam (Prop. 12 cum Coroll. Prop. 13) absurdum esse ostendi. Deinde si quis rem recte perpendere velit, videbit, omnia illa absurda (siquidem omnia absurda sunt, de quo jam non dispuro), ex quibus concludere volunt, substantiam extensam finitam esse, minime ex eo sequi, quod quantitas infinita supponatur: sed quod quantitatem infinitam mensurabilem, & ex partibus finitis conflari supponunt; quare ex absurdis, quae inde sequuntur, nihil aliud concludere possunt, quam quod quantitas infinita non sit mensurabilis, & quod ex partibus finitis confla-



*[Burada sözü edilen ölçü 12 'parmağa' bölünen eski Fransız 'ayağı'dır; (= 324 mm.)]

ri non possit. Atque hoc idem est, quod nos supra (Prop. 12 &c.) jam demonstravimus. Quare tamen, quod in nos intendunt, in se ipsos revera conjiciunt. Si igitur ipsi ex suo hoc absurdo concludere tamen volunt, substantiam extensam debere esse finitam, nihil aliud hercle faciunt, quam si quis ex eo, quod finitum circuli quadrati proprietates habere, concludit, circulum non habere centrum, ex quo omnes ad circumferentiam ductae lineae sunt aequales. Nam substantiam corpoream, quae non nisi infinita, non nisi unica, & non nisi indivisibilis potest concipi (vide Prop. 8, 5 & 12), eam ipsi ad concludendum, eandem esse finitam, ex partibus finitis conflari, & multiplicem esse, & divisibilem, concipiunt. Sic etiam alii, postquam fingunt, lineam ex punctis componi, multa sciunt invenire argumenta, quibus ostendant, lineam non posse in infinitum dividi. Et profecto, non minus absurdum est ponere, quod substantia corporea ex corporibus, sive partibus componatur, quam quod corpus ex superficiebus, superficies ex lineis, lineae denique ex punctis componantur. Atque hoc omnes, qui clarum rationem infallibilem esse sciunt, fateri debent, & imprimis ii, qui negant, dari vacuum. Nam si substantia corporea ita posset dividi, ut ejus partes realiter distinctae essent, cur ergo una pars non posset annihilari, manentibus reliquis, ut ante, inter se comemis? & cur omnes ita aptari debent, ne detur vacuum? Sane rerum, quae realiter ab invicem distinctae sunt, una sine alia esse, & in suo statu manere potest. Cum igitur vacuum in natura non detur (de quo alias), sed omnes partes ita concurrere debent, ne detur vacuum, sequitur hinc etiam, easdem non posse realiter distingui, hoc est, substantiam corpoream, quatenus substantia est, non posse dividi. Si quis tamen jam quaerat, cur nos

noktadır (Ön. 12, vb.). Ve böylece bize çevirdikleri oku gerçekte kendilerine karşı yöneltilmişlerdir. Öyleyse, eğer bu saçmalıklarından uzamlı tözün sonlu olması gerektiği vargısını çıkarmaya çalışırlarsa, gerçekte bir dairenin bir karenin özelliklerini taşıdığını, ve bu yüzden bir dairenin kendisinden çevreye çizilen tüm çizgilerin birbirine eşit olduğu bir özeği olmadığı vargısını çıkardığını sanan biri gibi davranmış olacaktırlar. Çünkü ancak sonsuz, bir ve bölünmez olarak kavranabilen cisimsel tözün (Ön. 8, 5 ve 12) sonlu olduğunu tanımlayabilmek için, onu sonlu parçalardan oluşmuş ve çoklu ve bölünebilir olarak düşünürler. Tam olarak aynı yolda, bir çizginin noktalardan oluşmuş olduğunu varsayan başkaları onun sonsuza dek bölünebilir olmadığını göstermek için çok sayıda usullama bulabilirler. Ve gerçekte cisimsel tözün cisimlerden ya da parçalardan oluşmuş olduğunu ileri sürmek bir cismin yüzeylerden, yüzeylerin çizgilerden, ve son olarak çizgilerin noktalardan oluştuğunu ileri sürmekten daha az saçma değildir. Duru usun yanılmaz olduğunu bilen herkesin, özellikle bir boşluğun olabileceğini yadsıyanların bunu kabul etmesi gerekir. Çünkü eğer cisimsel töz parçalarının olgusal olarak ayrı olacakları bir yolda bölünebilirse, niçin başkaları daha önce olduğu gibi birbirlerine bağlı kalırken tek bir parça yokedilemesin? ve niçin tümünün de hiçbir boşluğun kalmayacağı bir yolda biraraya üyürülmesi gereksin? Çünkü birbirlerinden olgusal olarak ayrı olan şeyler arasında hiç kuşkusuz biri öteki olmaksızın olabilir ve kendi durumunda kalabilir. Öyleyse doğada hiçbir boşluk olmadığı için (bir konu ki başka bir yerde değineceğim),* ve tüm parçaların bir boşluğun oluşumunu önleyecek bir yolda birleşmeleri gerektiği için, bundan şu çıkar ki olgusal olarak ayrı olamazlar; e.d. cisimsel töz, töz olarak, bölünemez. Gene de, eğer şimdi niçin niceliği bölünebilir olarak düşünme

*[*Törebilim*'de 'boşluk'tan bir daha söz edilmez. Bir başka yerde (*Ep.* 13, 1663) Spinoza bir boşluğun varoluşunu kabul etmek yokluğu hiçbir özelliği olmaması olgusu ile çelişecektir der. (Parkinson'un Notu.)]

yönünde doğal bir eğilim olduğu sorulacak olursa, yanıtım niceliğin bizim tarafımızdan şu iki yolda düşünüldüğü olacaktır: bir kez soyut olarak ya da yüzeysel olarak, eş deyişle, onu imgelediğimiz gibi; ya da töz olarak, ki yalnızca anlak tarafından yapılır. Öyleyse eğer niceliği sık sık ve kolayca yaptığımız gibi imgelemde olduğu gibi görececek olursak, onu sonlu, bölünebilir, ve parçalardan oluşmuş olarak buluruz; ama anlakta olduğu gibi görürsek ve töz olarak kavrarsak—ki çok güçtür—o zaman, daha önce yeterli olarak tanıtladığımız gibi, onu sonsuz, bir, ve bölünmez olarak buluruz. Bu imgelemi ve anlayışı birbirinden ayırdetmeyi bilenlere yeterince açık gelecektir: özellikle özdeğin her yerde aynı olduğuna, ve onu değişik yollarda değişikkiye uğramış olarak düşünmedikçe parçalarının birbirinden ayrı olmadığına, başka bir deyişle, olgusal olarak değil ama kipsel olarak ayırdedildiklerine dikkat edersek. Örneğin suyu, su olduğu sürece, bölünmüş olarak, ve parçalarını birbirlerinden ayrılmış olarak düşünürüz; ama cisimsel töz olduğu sürece değil, çünkü böyle olarak ne ayrılmış ne de bölünmüştür. Dahası, su, su olduğu sürece, yaratılır ve yokedilir; buna karşı töz olduğu sürece ne yaratılır ne de yokedilir. Sanırım bununla ikinci uslamlamaya da yanıt vermiş oldum, çünkü o da özdeğin, töz olarak düşünüldüğünde, bölünebilir ve parçalardan oluşmuş olduğu sayılı-tısı üzerine dayanır. Ve bu böyle olmasa bile, özdeğin niçin tanrısal doğaya yaraşmaz olduğunu bilmiyorum, çünkü (Ön. 14) Tanrının dışında onun etkilenebileceği hiçbir töz varolamaz. Tüm şeyler, diyorum, Tanrıdadır, ve olan herşey yalnızca Tanrının sonsuz doğasının yasalarına göre olur, ve onun özünün zorunluluğundan doğar (birazdan göstereceğim gibi); buna göre Tanrının herhangi birşeyden etkilendiği, ya da uzamlı tözün, üstelik bengi ve sonsuz olma koşuluyla bölünebilir olduğu varsayılsa bile, tanrısal doğaya yaraşmaz olduğu ne olursa olsun ileri sürülemez. Ama bu konu üzerinde şimdilik yeterince durduk.

ex natura ita propensi simus ad dividendam quantitatem? ei respondeo, quod quantitas duobus modis a nobis concipitur, abstracte scilicet, sive superficialiter, prout nempe ipsam imaginamur, vel ut substantia, quod a solo intellectu fit. Si itaque ad quantitatem attendimus, prout in imaginatione est, quod saepe, & facilius a nobis fit, reperietur finita, divisibilis, & ex partibus conflata; si autem ad ipsam, prout in intellectu est, attendimus, & eam, quatenus substantia est, concipimus, quod difficultime fit, tum, ut jam satis demonstravimus, infinita, unica, & indivisibilis reperietur. Quod omnibus, qui inter imaginationem, & intellectum distinguere sciverint, satis manifestum erit: Praecipue si ad hoc etiam attendatur, quod materia ubique eadem est, nec partes in eadem distinguuntur, nisi quatenus materiam diversimode affectam esse concipimus, unde ejus partes modaliter tantum distinguuntur, non autem realiter. Ex. gr. aquam, quatenus aqua est, dividi concipimus, ejusque partes ab invicem separari; at non, quatenus substantia est corporea; eatenus enim neque separatur, neque dividitur. Porro aqua, quatenus aqua, generatur, & corrumpitur; at, quatenus substantia, nec generatur, nec corrumpitur. Atque his me ad secundum argumentum etiam respondisse puto: quandoquidem id in eo etiam fundatur, quod materia, quatenus substantia, divisibilis sit, & ex partibus conflatur. Et quamvis hoc non esset, nescio, cur divina natura indigna esset: quandoquidem (per Prop. 14) extra Deum nulla substantia dari potest, a qua ipsa pateretur. Omnia, inquam, in Deo sunt, & omnia, quae fiunt, per solas leges infinitae Dei naturae fiunt, & ex necessitate ejus essentiae (ut mox ostendam) sequuntur; quare nulla ratione dici potest, Deum ab alio pati, aut substantiam extensam divina natura indignam esse; tametsi divisibilis supponatur, dummodo aeterna, & infinita concedatur. Sed de his impraesentiarum satis.

Propositio XVI

Ex necessitate divinae naturae, infinita infinitis modis (hoc est, omnia, quae sub intellectum infinitum cadere possunt) sequi debent.

Demonstratio. Haec Propositio unicuique manifesta esse debet, si modo ad hoc attendat, quod ex data cujuscunque rei definitione plures proprietates intellectus concludit, quae revera ex eadem (hoc est, ipsa rei essentia) necessario sequuntur, & eo plures, quo plus realitatis rei definitio exprimit, hoc est, quo plus realitatis rei definitae essentia involvit. Cum autem natura divina infinita absolute attributa habeat (per Defin. 6), quorum etiam unumquodque infinitam essentiam in suo genere exprimit, ex ejusdem ergo necessitate infinita infinitis modis (hoc est, omnia, quae sub intellectum infinitum cadere possunt) necessario sequi debent. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur I°. Deum omnium rerum, quae sub intellectum infinitum cadere possunt, esse causam efficientem.

Corollarium II. Sequitur II°. Deum causam esse per se, non vero per accidens.

Corollarium III. Sequitur III°. Deum esse absolute causam primam.

Propositio XVII

Deus ex solis suae naturae legibus, & a nemine coactus agit.

Demonstratio. Ex sola divinae naturae necessitate, vel (quod idem est) ex solis ejusdem naturae legibus, infinita absolute sequi, modo Prop. 16 ostendimus; & Prop. 15 demonstravimus, nihil sine Deo esse, nec concipi posse, sed omnia in Deo esse; quare nihil extra ipsum esse potest, a quo ad agendum determinetur, vel cogatur, atque adeo Deus ex solis suae naturae legibus, & a nemine coactus agit. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur I°. nullam dari causam, quae Deum extrinsece, vel intrinsece, praeter

ÖNERME 16

Tanrısal doğanın zorunluğundan sonsuz yolda sonsuz sayıda şey (e.d., sonsuz anlak altına düşebilen herşey) doğmalıdır.

Tamtl. Bu önerme herhangi birşeyin verili tanımından anlağın gerçekte ondan (e.d. şeyin özünün kendisinden) zorunlu olarak doğan bir dizi özelliği çıkarsadığını, ve bir şeyin tanımını ne denli olgusallık anlatırsa, eş deyişle, tanımlanan şeyin özü ne denli olgusallık içerirse, anlağın da o denli özellik çıkarsayacağını düşünen herkese açık gelmelidir. Ama tanrısal doğanın her biri kendi türünde sonsuz özü anlatan saltık olarak sonsuz yüklemi olduğu için (Tan. 6), tanrısal doğanın zorunluğundan sonsuz sayıda şey sonsuz yolda (eş deyişle, sonsuz anlağın altına düşen herşey) zorunlu olarak doğmalıdır.—Q.E.D.

Somurgu 1. Bundan şu çıkar ki, Tanrı sonsuz anlağın altına düşebilen herşeyin etker nedenidir.

Somurgu 2. İkinci olarak şu çıkar ki, Tanrı kendisi yoluyla bir nedendir, ilinek yoluyla [*per accidens*] değil.

Somurgu 3. Üçüncü olarak şu çıkar ki, Tanrı saltık olarak ilk nedendir.

ÖNERME 17

Tanrı yalnızca kendi doğasının yasalarına göre davranır, ve hiçbirşey tarafından zorlanmaz.

Tamtl. Az önce gösterdik ki (Ön. 16), yalnızca tanrısal doğanın zorunluğundan, ya da, (yine aynı şey,) yalnızca tanrısal doğanın yasalarından sonsuz sayıda şey saltık olarak doğar; ve Ön. 15'te tanıtladık ki hiçbirşey Tanrı olmaksızın olamaz ve kavranamaz, ama herşey Tanrıdadır; öyleyse Tanrının dışında onu eylemlerinde belirleyebilecek ya da zorlayabilecek hiçbirşey olamaz; ve öyleyse Tanrı yalnızca kendi doğasının yasalarına göre davranır, ve başka hiçbirşey tarafından zorlanmaz.—Q.E.D.

Somurgu 1. Bundan ilk olarak şu çıkar ki, Tanrıyı dışardan ya da içerden eyleme yönlendirebilir.

mek için kendi doğasının eksiksizliğinden başka hiçbir neden yoktur.

Sonurgu 2. İkinci olarak, yalnızca Tanrı özgür bir nedendir. Çünkü yalnızca Tanrı salt kendi doğasının zorunluğundan varolur (Ön. 11 ve Sonurgu 1, Ön. 14), ve salt kendi doğasının zorunluğundan davranır (önceki Ön.). Öyleyse (Tan. 7), yalnızca o özgür bir nedendir.—Q.E.D.

Not. Başkaları Tanrının özgür bir neden olduğunu, çünkü onun doğasından doğduklarını, e.d. onun gücü içinde olduklarını söylediğimiz şeylerin olmamasını ya da onun tarafından üretilmemesini sağlayabileceğini sanırlar. Ama bu tam olarak Tanrının bir üçgenin üç açısının iki dik açıya eşit olmasının bir üçgenin doğasından gelmemesini, ya da verili bir nedenden bir etkinin doğmamasını sağlayabileceğini söylemektir; ki saçmadır. Bundan başka, daha sonra bu önermenin yardımı olmaksızın, ne anlağın ne de istencin Tanrının doğasına ait olmadığını göstereceğim. Çok iyi biliyorum ki birçokları en büyük anlağın ve özgür istencin Tanrının doğasına ait olduğunu tanımlayabileceklerini söylerler; çünkü Tanrıya yükleyebilmek için bizim durumumuzda en yüksek eksiksizlik olandan daha eksiksiz bir şey bilmediklerini söylerler. Dahası, Tanrıyı edimsel olarak en yüksek anlağa iye olarak düşünelimlerine karşın, gene de onun edimsel olarak anlağında olan herşeyin varolmasını sağlayabileceğine inanmazlar; çünkü bununla onun gücünü yokedeceklerini sanırlar. Derler ki, eğer anlağında olan herşeyi yaratmış olsaydı, daha çoğunu yaratamazdı, ve inanırlar ki bu Tanrının herşeye gücü-yeterliğine ters düşer; böylece Tanrının herşeye ilgisiz olduğunu, ve belli bir saltık istenc yoluyla yaratmak için karar verdikleri dışında hiçbir şey yaratmadığını söylemeyi yeğlerler. Ama sanırım yeterince açık olarak gösterdim ki (Ön. 16), Tanrının en yüksek gücünden, ya da sonsuz doğasından sonsuz yolda sonsuz sayıda şey, e.d. tüm şeyler zorunlu olarak doğmuştur; ya da her zaman bir üçgenin iç açılarının iki dik açıya eşit olmasının bengilikten bengiliğe onun doğasından doğması ile aynı zorunlulukla doğarlar.

ipsius naturae perfectionem, incitit ad agendum.

Corollarium II. Sequitur II°. solum Deum esse causam liberam. Deus enim solus ex sola suae naturae necessitate existit (per Prop. 11 & Coroll. 1 Prop. 14), & ex sola suae naturae necessitate agit (per Prop. praeced.). Adeoque (per Defin. 7) solus est causa libera. Q.E.D.

Scholium. Alii putant, Deum esse causam liberam, propterea quod potest, ut putant, efficere, ut ea, quae ex ejus natura sequi diximus, hoc est, quae in ejus potestate sunt, non fiant, sive ut ab ipso non producantur. Sed hoc idem est, ac si dicerent, quod Deus potest efficere, ut ex natura trianguli non sequatur, ejus tres angulos aequales esse duobus rectis; sive ut ex data causa non sequatur effectus, quod est absurdum. Porro infra absque ope hujus Propositionis ostendam, ad Dei naturam neque intellectum, neque voluntatem pertinere. Scio equidem plures esse, qui putant, se posse demonstrare, ad Dei naturam summum intellectum, & liberam voluntatem pertinere; nihil enim perfectius cognoscere se se ajunt, quod Deo tribuere possunt, quam id, quod in nobis summa est perfectio. Porro, tametsi Deum actu summe intelligentem concipiant, non tamen credunt, eum posse omnia, quae actu intelligit, efficere, ut existant; nam se eo modo Dei potentiam destruere putant. Si omnia, inquit, quae in ejus intellectu sunt, creavisset, nihil tum amplius creare potuisset, quod credunt Dei omnipotentiae repugnare; ideoque maluerunt Deum ad omnia indifferentem statuere, nec aliud creantem praeter id; quod absoluta quadam voluntate decrevit creare. Verum ego me satis clare ostendisse puto (vide Prop. 16), a summa Dei potentia, sive infinita natura infinita infinitis modis, hoc est, omnia necessario effluxisse, vel semper eadem necessitate sequi, eodem modo, ac ex natura trianguli ab aeterno, & in aeternum sequi-

tur, ejus tres angulos aequari duobus rectis. Quare Dei omnipotentia actu ab aeterno fuit, & in aeternum in eadem actualitate manebit. Et hoc modo Dei omnipotentia longe, meo quidem iudicio, perfectior statuitur. Ino adversarii Dei omnipotentiam (liceat aperte loqui) negare videntur. Coguntur enim fateri, Deum infinita creabilia intelligere, quae tamen nunquam creare poterit. Nam alias, si scilicet omnia, quae intelligit, crearet, suam, juxta ipsos, exhauriret omnipotentiam, & se imperfectum redderet. Ut igitur Deum perfectum statuatur, eo rediguntur, ut simul statuere debeant, ipsum non posse omnia efficere, ad quae ejus potentia se extendit, quo absurdius, aut Dei omnipotentiae magis repugnans, non video, quid fingi possit. Porro, ut de intellectu, & voluntate, quos Deo communiter tribuimus, hic etiam aliquid dicam; si ad aeternam Dei essentiam, intellectus scilicet, & voluntas pertinent, aliud sane per utrumque hoc attributum intelligendum est, quam quod vulgo solent homines. Nam intellectus, & voluntas, qui Dei essentiam constituent, a nostro intellectu, & voluntate, toto coelo differre deberent, nec in ulla re, praeterquam in nomine, convenire possent; non aliter scilicet, quam inter se conveniunt canis, signum coeleste, & canis, animal latrans. Quod sic demonstrabo. Si intellectus ad divinam naturam pertinet, non poterit, uti noster intellectus, posterior (ut plerisque placet), vel simul natura esse cum rebus intellectis, quandoquidem Deus omnibus rebus prior est causalitate (per Coroll. 1 Prop. 16); sed contra veritas, & formalis rerum essentia ideo talis est, quia talis in Dei intellectu existit objective. Quare Dei intellectus, quatenus Dei essentiam constituere concipitur, est revera causa rerum, tam earum essentiae, quam earum existentiae; quod ab eis videtur etiam fuisse animadversum, qui Dei intellectum, voluntatem, & potentiam unum &

Öyleyse Tanrının herşeye-gücü-yeterliği bengilikten bu yana edimsel olmuştur, ve bengilik boyunca aynı edimsellikte kalacaktır. Bu yolda onun herşeye-gücü-yeterliği, en azından benim görüşümde, çok daha eksiksiz bir yolda gösterilmiş olur. Karşıtlarım aslında (eğer açık konuşmama izin verilirse) Tanrının herşeye-gücü-yeterliğini yadsıyor gibi görünürler. Çünkü onun yaratılabilecek ama gene de hiçbir zaman yaratmadığı sonsuz sayıda şeyi düşündüğünü kabul etmek zorunda kahlırlar. Çünkü eğer düşündüğü herşeyi yaratmış olsaydı, onlara göre, herşeye-gücü-yeterliğini tüketir ve kendini eksik kılar. Böylece, ortaya eksiksiz bir Tanrı koyabilmek için, gücünün eriştiği herşeyi yapma açısından yeteneksiz olduğunu ileri sürmeye zorlanırlar; ve bundan daha saçma, ya da Tanrının herşeye-gücü-yeterliğine bundan daha ters düşen başka birşeyin tasarlanabileceğini düşünemiyorum. Dahası, burada genellikle Tanrıya yüklediğimiz anlak ve istenç konusunda da birşeyler söylemek gerekirse, eğer anlak ve istenç onun bengi özüne ait iseler, bu yüklemeler hiç kuşkusuz insanların genellikle onları kullandıkları anlamda anlaşamazlar. Çünkü onun özünü oluşturabilecek anlak ve istenç bizim anlak ve istencimizden bütünüyle ayrı olmalıdır, ve bizimkileri addan başka hiçbirşeyde andıramaz; ya da aralarında göksel Köpek takımıyıldızı ile havlayan bir hayvan olarak köpek arasında olandan daha öte bir benzerlik olamaz. Bunu şöyle tanıtlayacağım. Eğer anlak tanrısal doğaya aitse, bu, bizim anlayışımız gibi, düşündüğü şeylerden (birçoklarının sandığı gibi) sonra olamaz, ne de doğasında onlarla eşzamanlı olması olanaklıdır, çünkü Tanrı nedensellikte tüm şeylere önseldir (Ön. 16, Sonurğu 1); ama tersine şeylerin gerçeklikleri ve biçimsel özlere Tanrının anlayışında nesnel olarak öyle var oldukları için öyledir. Buna göre Tanrının anlayışı, onun özünü oluşturuyor olarak düşünüldüğü sürece, gerçekte şeylerin özlerinin olduğu gibi varoluşlarının da nedenidir; bir olgu ki Tanrının anlak, istenç ve gücünün bir ve aynı şey olduğunu ileri sürenler tarafından saptanmış

görünür. Öyleyse, Tanrının anlađı şeylerin özle-
rinin olduđu gibi varoluşlarının da biricik nede-
ni olduđu için (daha önce gördüğümüz gibi),
zorunlu olarak özü açısından olduđu gibi var-
oluşu açısından da onlardan ayrı olmalıdır.
Çünkü etki nedeninden tam olarak nedenin-
den aldığı şeyde ayrılır. Örneğin, bir insan bir
başkasının özünün değil ama varoluşunun ne-
denidir; çünkü öz bengi bir gerçekliktir: Öyle-
se iki insan özde birbirlerini tam olarak andıra-
bilseler de, varoluş açısından ayrı olmalıdırlar;
ve buna göre, birinin varoluşu sona ererse, bu
yüzden ötekinin varoluşu sona ermeyecektir;
ama birinin özü yokedilebilseydi ve kendini
yanlış olarak gösterebilseydi, ötekinin özü de
yok olurdu. Bu yüzden bir etkinin özünün oldu-
đu gibi varoluşunun da nedeni olan bir şey özü
açısından olduđu gibi varoluşu açısından da o
etkiden ayrı olmalıdır. Ama Tanrının anlađı
bizim anlađımızın özünün olduđu gibi varoluş-
unun da nedenidir; öyleyse Tanrının anlađı
tanrısal özü oluşturuyor olarak düşünöldüğü
sürece bizim anlađımızdan özü açısından oldu-
đu gibi varoluşu açısından da ayrı olacaktır, ve
ne de bizim anlađımızla addan başka birşeyde
anlaşılabilir, ki tanıtlamaya çalıştığımız nokta
buydu. Aynı tanıtlama, kolayca görölebileceđi
gibi, istenç için de verilebilir.

ÖNERME 18

Tanrı tüm şeylerin geçici değil ama içkin nedenidir.

Tanıt. Olan herşey Tanrıdadır, ve Tanrı yolu-
la kavranmalıdır (Ön. 15), ve öyleyse (Ön. 16,
Sonurgu 1) Tanrı onda olan şeylerin nedenidir,
ki tanıtlanması gereken ilk noktaydı. Dahası,
Tanrının dışında hiçbir töz (Ön. 14), eş deyişle
(Tan. 3), Tanrının dışında kendinde olan hiç-
bir şey olamaz, ki ikinci noktaydı. Tanrı öyleyse
tüm şeylerin geçici değil ama içkin nedenidir.—
Q.E.D.

ÖNERME 19

Tanrı, ya da Tanrının tüm yüklemeleri bengidir.

idem esse asseruerunt. Cum itaque
Dei intellectus sit unica rerum cau-
sa, videlicet (ut ostendimus) tam
earum essentiae, quam earum
existentiae, debet ipse necessario
ab iisdem differre, tam ratione es-
sentiae, quam ratione existentiae.
Nam causatum differt a sua cau-
sa praecise in eo, quod a causa
habet. Ex. gr. homo est causa exis-
tentiae, non vero essentiae alterius
hominis; est enim haec aeterna
veritas: & ideo secundum essenti-
am prorsus convenire possunt; in
existendo autem differre debent;
& propterea, si unius existentia
pereat, non ideo alterius peribit;
sed, si unius essentia destrui pos-
set, & fieri falsa, destrueretur eti-
am alterius essentia. Quapropter
res, quae & essentiae, & existentiae,
alicujus effectus est causa, a tali
effectu differre debet, tam ratio-
ne essentiae, quam ratione exis-
tentiae. Atqui Dei intellectus est &
essentiae, & existentiae nostri
intellectus causa: ergo Dei intel-
lectus, quatenus divinam essenti-
am constituere concipitur, a nos-
tro intellectu, tam ratione
essentiae, quam ratione existentiae
differt, nec in ulla re, praeter-
quam in nomine, cum eo conve-
nire potest, ut volebamus. Circa
voluntatem eodem modo procedi-
tur, ut facile unusquisque videre
potest.

Propositio XVIII

*Deus est omnium rerum causa imma-
nens, non vero transiens.*

Demonstratio. Omnia, quae sunt,
in Deo sunt, & per Deum concipi
debent (per Prop. 15), adeoque
(per Coroll. 1 Prop. 16 hujus)
Deus rerum, quae in ipso sunt, est
causa, quod est primum. Deinde
extra Deum nulla potest dari subs-
tantia (per Prop. 14), hoc est (per
Defin. 3), res, quae extra Deum in
se sit, quod erat secundum. Deus
ergo est omnium rerum causa imma-
nens, non vero transiens. Q.E.D.

Propositio XIX

*Deus, sive omnia Dei attributa sunt
aeterna.*

Demonstratio. Deus enim (per Defin. 6) est substantia, quae (per Prop. 11) necessario existit, hoc est (per Prop. 7), ad cuius naturam pertinet existere, sive (quod idem est) ex cuius definitione sequitur ipsum existere, adeoque (per Defin. 8) est aeternus. Deinde per Dei attributa intelligendum est id, quod (per Defin. 4) Divinae substantiae essentiam exprimit, hoc est, id, quod ad substantiam pertinet: id ipsum, inquam, ipsa attributa involvere debent. Atqui ad naturam substantiae (ut jam ex Prop. 7 demonstravi) pertinet aeternitas. Ergo unumquodque attributorum aeternitatem involvere debet, adeoque omnia sunt aeterna. Q.E.D.

Scholium. Haec Propositio quam clarissime etiam patet ex modo, quo (Prop. 11) Dei existentiam demonstravi; ex ea, inquam, demonstratione constat, Dei existentiam, sicut ejus essentiam, aeternam esse veritatem. Deinde (Prop. 19 *Principiorum Cartesii*) alio etiam modo Dei aeternitatem demonstravi, nec opus est eum hic repetere.

Propositio XX

Dei existentia, ejusque essentia unum & idem sunt.

Demonstratio. Deus (per Prop. anteced.), ejusque omnia attributa sunt aeterna, hoc est (per Defin. 8), unumquodque ejus attributorum existentiam exprimit. Eadem ergo Dei attributa, quae (per Defin. 4) Dei aeternam essentiam explicant, ejus simul aeternam existentiam explicant, hoc est, illud ipsum, quod essentiam Dei constituit, constituit simul ipsius existentiam, adeoque haec, & ipsius essentia unum & idem sunt. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur I°. Dei existentiam, sicut ejus essentiam, aeternam esse veritatem.

Corollarium II. Sequitur II°. Deum, sive omnia Dei attributa esse immutabilia. Nam, si ratione existentiae mutarentur, deberent etiam (per Prop. praeced.) ratione essentiae mutari, hoc est (ut per se notum) ex veris falsa fieri, quod est absurdum.

Tanıt. Çünkü Tanrı (Tan. 6) zorunlu olarak varolan tözdür (Ön. 11), başka bir deyişle, (Ön. 7), özüne varolmanın ait olduğu bir töz, ya da (yine aynı şey) varolduğu tanımından çıkan bir tözdür, ve öyleyse (Tan. 8) bengidir. Yine, Tanrının yüklemeleri ile tanrısal tözün özünü anlatan şey (Tan. 4), e.d. töze ait olan şey anlaşılacaktır; bu ise, diyorum, yüklemelerin içermeleri gereken şeyin kendisidir. Ama bengilik tözün doğasına aittir (Ön. 7'den tanıtladığım gibi). Öyleyse yüklemelerin her biri bengilik içermelidir, ve dolayısıyla tümü de bengidir.—Q.E.D.

Not. Bu önerme ayrıca Tanrının varoluşunu tanıtlama yolundan da (Ön. 11) olanaklı olduğu ölçüde açıktır; o tanıtlamadan, diyorum, Tanrının varoluşunun da özü gibi bengi bir gerçeklik olduğu çıkar. Yine, Tanrının bengiliğini (*Descartes'm İlkeleri*'nin 19. Önermesi) bir başka yolda tanıtlamıştım ve bunu burada yinelemek gereksizdir.

ÖNERME 20

Tanrının varoluş ve özü bir ve aynıdır.

Tanıt. Tanrı (önceki Ön.), ve tüm yüklemeleri bengidir, e.d. (Tan. 8), yüklemelerinin her biri varoluş anlatır. Öyleyse Tanrının bengi özünü (Tan. 4) sergileyen aynı yüklemeleri aynı zamanda onun bengi varoluşunu sergiler; e.d. Tanrının özünü oluşturan şeyin kendisi aynı zamanda onun varoluşunu oluşturur, ve öyleyse varoluşu ve özü bir ve aynıdır.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Bundan ilk olarak şu çıkar ki, Tanrının varoluşu, tıpkı onun özü gibi, bengi bir gerçekliktir.

Sonurgu 2. İkinci olarak, Tanrı ya da Tanrının tüm yüklemeleri değişmezdir. Çünkü eğer bunlar varoluşları açısından değişecek olsalardı, özlery açısından da değişmeleri gerekirdi (önceki Ön.), başka bir deyişle (kendiliğinden açık olduğu gibi), gerçek olmaktan çıkarak yanlış olurlardı, ki saçmadır.

ÖNERME 21

Tanrının herhangi bir yüklemine saltık doğasından doğan herşey her zaman ve sonsuz olarak varolmalıdır, ya da tam bu yüklem yoluyla bengi ve sonsuzdur.

Tanıt. Eğer olanaklıysa (önermenin yadsınması durumunda) kabul edelim ki, Tanrının belli bir yüklemde onun saltık doğasından sınırlı bir varoluş ve süre ile sonlu olan birşey doğsun, örneğin düşüncedeki Tanrı ideası [*ideam Dei in cogitatio*]. Ama düşünce, Tanrının bir yüklemi olarak kabul edildiği için, zorunlu olarak (Ön. 11) kendi doğasında sonsuzdur. Buna karşı, Tanrı ideasını taşıdığı sürece, sonlu olarak kabul edilir. Oysa (Tan. 2) düşüncenin kendisi tarafından sınırlanmadıkça sonlu olarak kavranamaz. Ama bu, Tanrı ideasını oluşturduğu düzeye dek, düşüncenin kendisi yoluyla olamaz, çünkü düşünce o düzeye dek sonlu olarak kabul edilir: Öyleyse düşünce Tanrı ideasını oluşturmadığı sürece düşünce tarafından sınırlanmalıdır; ama bu idea (Ön. 11) zorunlu olarak varolmalıdır: Buna göre Tanrı ideasını oluşturmayan bir düşünce vardır, ve dolayısıyla doğasından, saltık düşünce olduğu sürece, Tanrı ideası zorunlu olarak doğmaz. (Çünkü Tanrı ideasını oluşturuyor ve oluşturmuyor olarak kavranır.) Ama bu önsava aykırıdır. Böylece, eğer düşüncedeki bir Tanrı ideası, ya da Tanrının herhangi bir yüklemdeki herhangi birşey (çünkü tanıtlama evrensel olmakla her durumda geçerli olacaktır) o yüklemine saltık doğasının zorunluğundan doğuyorsa, o şey zorunlu olarak sonsuz olmalıdır, ki tanıtlanacak ilk noktadır.

Dahası, herhangi bir yüklemine doğasının zorunluğundan doğan şeyin belirli bir varoluşu, e.d. süresi olamaz. Eğer bu yadsınacak olursa, varsayalım ki Tanrının herhangi bir yüklemde yüklemine doğasının zorunluğundan doğan bir şey olsun—örneğin düşüncedeki Tanrı ideası—, ve varsayalım ki bu herhangi bir zamanda varolmamış ya da varolmayacak olsun. Ama düşüncenin Tanrının bir yüklemi olması gerektiği için, bu hem zorunlu olarak hem de değişmez olarak

Propositio XXI

Omnia, quae ex absoluta natura alicujus attributi Dei sequuntur, semper, & infinita existere debuerunt, sive per idem attributum aeterna, & infinita sunt.

Demonstratio. Concipi, si fieri potest (siquidem neges), aliquid in aliquo Dei attributo ex ipsius absoluta natura sequi, quod finitum sit, & determinatam habeat existentiam, sive durationem, ex. gr. ideam Dei in cogitatione. At cogitatio, quandoquidem Dei attributum supponitur, est necessario (per Prop. 11) sua natura infinita. Verum, quatenus ipsa ideam Dei habet, finita supponitur. At (per Defin. 2) finita concipi non potest, nisi per ipsam cogitationem determinetur. Sed non per ipsam cogitationem, quatenus ideam Dei constituit, eatenus enim finita supponitur esse: Ergo per cogitationem, quatenus ideam Dei non constituit, quae tamen (per Prop. 11) necessario existere debet: Datur igitur cogitatio non constituens ideam Dei, ac propterea ex ejus natura, quatenus est absoluta cogitatio, non sequitur necessario ideam Dei. (Concipitur enim ideam Dei constituens, & non constitutens.) Quod est contra hypothesein. Quare si idea Dei in cogitatione, aut aliquid (perinde est, quicquid sumatur, quandoquidem demonstratio universalis est) in aliquo Dei attributo ex necessitate absolutae naturae ipsius attributi sequatur, id debet necessario esse infinitum; quod erat primum.

Deinde id, quod ex necessitate naturae alicujus attributi ita sequitur, non potest determinatam habere existentiam sive durationem. Nam, si neges, supponatur res, quae ex necessitate naturae alicujus attributi sequitur, dari in aliquo Dei attributo, ex. gr. idea Dei in cogitatione, eaque supponatur aliquando non existisse, vel non existitura. Cum autem cogitatio Dei attributum supponatur, debet & necessario, & immutabilis existere (per Prop. 11 &

Coroll. 2 Prop. 20). Quare ultra limites durationis ideae Dei (supponitur enim aliquando non exstisise, aut non exstitura) cogitatio sine idea Dei existere debeat; atqui hoc est contra hypothesin; supponitur enim, ex data cogitatione necessario sequi ideam Dei. Ergo idea Dei in cogitatione, aut aliqual, quod necessario ex absoluta natura alicujus attributi Dei sequitur, non potest determinatam habere durationem; sed per idem attributum aeternum est, quod erat secundum. Nota, hoc idem esse affirmandum de quacunque re, quae in aliquo Dei attributo ex Dei absoluta natura necessario sequitur.

Propositio XXII

Quicquid ex aliquo Dei attributo, quatenus modificatum est tali modificatione, quae & necessario, & infinita per idem existit, sequitur, debet quoque & necessario, & infinitum existere.

Demonstratio. Hujus Propositionis demonstratio procedit eodem modo, ac demonstratio praecedentis.

Propositio XXIII

Omnis modus, qui & necessario, & infinitus existit, necessario sequi debet, vel ex absoluta natura alicujus attributi Dei, vel ex aliquo attributo modificato modificatione, quae & necessario, & infinita existit.

Demonstratio. Modus enim in alio est, per quod concipi debet (per Defin. 5), hoc est (per Prop. 15) in solo Deo est, & per solum Deum concipi potest. Si ergo modus concipitur necessario existere, & infinitus esse, utrumque hoc debet necessario concludi, sive percipi per aliquod Dei attributum, quatenus idem concipitur infinitatem, & necessitatem existentiae, sive (quod per Defin. 8 idem est) aeternitatem exprimere, hoc est (per Defin. 6 & Prop. 19), quatenus absolute

varolmalıdır (Ön. 11, ve Ön 20'ye Sonurğu 2). Öyleyse, Tanrı ideasının süresinin sınırlarının ötesinde (çünkü onun herhangi bir zamanda varolmuş olmadığı ya da varolmayacağı varsayılmıştır), düşünce Tanrı ideası olmaksızın varolmalıdır; ama bu varsayım aykırıdır, çünkü düşünce verildiğinde Tanrı ideasının zorunlu olarak doğacağı kabul edilmiştir. Öyleyse, ne düşüncedeki bir Tanrı ideası, ne de Tanrının herhangi bir yüklemının saltık doğasından zorunlu olarak doğan birşey sınırlı bir süre taşıyamaz, ama tam bu yüklem dolayısıyla bengidir; ki tanıtlanması gereken ikinci noktaydı. Dikkat etmek gerek ki burada ileri sürdüğümüz şey Tanrının herhangi bir yüklemine Tanrının saltık doğasından zorunlu olarak doğan herşey için doğrudur.

ÖNERME 22

Tanrının herhangi bir yükleminden doğan herşey, bu yüklem yoluyla zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan bir değişki tarafından değiştirildiği sürece, aynı yolda zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolmalıdır.

Tanıt. Bu önermenin tanıtılması önceki tanıtılama ile aynı yolda ilerler.

ÖNERME 23

Zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan her kip zorunlu olarak ya Tanrının belli bir yüklemine saltık doğasından ya da zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan bir değişki tarafından değiştirilmiş belli bir yüklemde doğmalıdır.

Tanıt. Çünkü kip başka birşeyde olan ve onun yoluyla kavranması gerektir (Tan. 5), e.d. (Ön. 15), yalnızca Tanrıdadır ve yalnızca Tanrı yoluyla kavranabilir. Öyleyse eğer bir kipin zorunlu olarak varolduğu ve sonsuz olduğu kavranırsa, zorunlu varoluşu ve sonsuzluğu Tanrının herhangi bir yüklemi yoluyla çıkarsanmalı ya da algılanmalıdır; ama ancak bu yüklem varoluşun sonsuzluk ve zorunluğunu, ya da (Tan. 8), bengiliği anlatacağı kavrandığı sürece, e.d. (Tan. 6 ve Ön. 19), saltık olarak görüldüğü sürece. Öyleyse zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan bir kip Tanrının

herhangi bir yüklemnin saltık doğasından doğmalıdır; ya dolaysız olarak (Ön. 21), ya da onun saltık doğasından gelen belli bir değişiki, e.d. (önceki Ön.), zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan bir değişiki yoluyla dolaylı olarak.— Q.E.D.

ÖNERME 24

Tanrı tarafından üretilen şeylerin özü varoluş içermez.

Tanıt. Bu birinci Tanımdan açıktır. Çünkü doğası (kendinde düşünüldüğünde) varoluş içeren şey kendinin nedenidir ve yalnızca kendi doğasının zorunluluğundan varolur.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, Tanrı yalnızca şeylerin varolmaya başlamalarının değil, ama varolmayı sürdürmelerinin de nedenidir, ya da (Skolastik bir anlatım kullanırsak), Tanrı şeylerin varlık nedenidir. Çünkü şeyler varolunlar ya da varolmasınlar, özlerini düşünür düşünmez bu özünü varoluş gibi süre de içermediğini buluruz; dolayısıyla varoluşlarının ya da sürelerinin nedeni kendi özleri değil ama ancak Tanrı olabilir, ki varoluş yalnızca onun doğasına aittir (Ön. 14, Sonurgu 1).

ÖNERME 25

Tanrı yalnızca şeylerin varoluşlarının değil ama özlerinin de etker nedenidir.

Tanıt. Bunu yadsıyalım, ve Tanrı şeylerin özlerinin nedeni olmasın; buna göre (Bel. 4) şeylerin özü Tanrı olmaksızın kavranabilir; ama bu (Ön. 15) saçmadır. Öyleyse Tanrı şeylerin özünün nedenidir.—Q.E.D.

Not. Bu önerme Ön. 16'dan daha açık olarak çıkar. Çünkü bu önermeye göre, verili tanrısal doğadan şeylerin özleri gibi varoluşları da zorunlu olarak çıkarsanmalıdır; ya da, kısaca, Tanrının kendinin nedeni olduğunun söylendiği aynı anlamda ona tüm şeylerin nedeni de denmelidir, ki aşağıdaki sonurgudan daha da açık olarak görülecektir.

Sonurgu. Bireysel şeyler Tanrının yüklemli-

consideratur. Modus ergo, qui & necessario, & infinitus existit, ex absoluta natura alicujus Dei attributi sequi debuit; hocque vel immediate (de quo Prop. 21), vel mediante aliqua modificatione, quae ex ejus absoluta natura sequitur, hoc est (per Prop. praeced.), quae & necessario, & infinita existit. Q.E.D.

Propositio XXIV

Rerum a Deo productarum essentia non involvit existentiam.

Demonstratio. Patet ex Definitione I. Id enim, cujus natura (in se scilicet considerata) involvit existentiam, causa est sui, & ex solae suae naturae necessitate existit.

Corollarium. Hinc sequitur; Deum non tantum esse causam, ut res incipiant existere; sed etiam, ut in existendo perseverent, sive (ut termino Scholastico utar) Deum esse causam essendi rerum. Nam, sive res existant, sive non existant, quotiescunque ad earum essentiam attendimus, eandem nec existentiam, nec durationem involvere comperimus; adeoque earum essentia neque suae existentiae, neque suae durationis potest esse causa, sed tantum Deus, ad cujus solam naturam pertinet existere (per Coroll. 1 Prop. 14).

Propositio XXV

Deus non tantum est causa efficiens rerum existentiae, sed etiam essentiae.

Demonstratio. Si negas, ergo rerum essentiae Deus non est causa; adeoque (per Axiom. 4) potest rerum essentia sine Deo concipi: atqui hoc (per Prop. 15) est absurdum. Ergo rerum etiam essentiae Deus est causa. Q.E.D.

Scholium. Haec Propositio clarior sequitur ex Propositione 16. Ex ea enim sequitur, quod ex data natura divina, tam rerum essentia, quam existentia debeat necessario concludi; & ut verbo dicam, eo sensu, quo Deus dicitur causa sui, etiam omnium rerum causa densus est, quod adhuc clarior sequenti Corollario constabit.

Corollarium. Res particulares nihil sunt, nisi Dei attributorum

affectiones, sive modi, quibus Dei attributa certo, & determinato modo exprimuntur. Demonstratio patet ex Propositione 15, & Definitione 5.

Propositio XXVI

Res, quae ad aliquid operandum determinata est, a Deo necessario sic fuit determinata; & quae a Deo non est determinata, non potest se ipsam ad operandum determinare.

Demonstratio. d, per quod res determinatae ad aliquid operandum dicitur, necessario quid positivum est (ut per se notum). Adeoque, tam ejus essentiae, quam existentiae, Deus ex necessitate suae naturae est causa efficiens (per Prop. 25 & 16); quod erat primum. Ex quo etiam, quod secundo proponitur, clarissimè sequitur. Nam si res, quae a Deo determinata non est, se ipsam determinare posset, prima pars hujus falsa esset, quod est absurdum, ut ostendimus.

Propositio XXVII

Res, quae a Deo ad aliquid operandum determinata est, se ipsam indeterminatam reddere non potest.

Demonstratio. Haec Propositio patet ex Axiomate tertio.

Propositio XXVIII

Quodcumque singulare, sive quaevis res, quae finita est, & determinatam habet existentiam, non potest existere, nec ad operandum determinari, nisi ad existendum, & operandum determinetur ab alia causa, quae etiam finita est, & determinatam habet existentiam: & rursus haec causa non potest etiam existere, neque ad operandum determinari, nisi ab alia, quae etiam finita est, & determinatam habet existentiam, determinetur ad existendum, & operandum, & sic in infinitum.

Demonstratio. Quicquid determinatum est ad existendum, & operandum, a Deo sic determinatum est (per Prop. 26 & Coroll. Prop. 24). At id, quod finitum est, & determinatam habet existentiam, ab absoluta natura alicujus Dei attributi produci non potuit; quicquid enim ex absoluta natura alicujus

nin o yüklemli pekin ve belirli bir yolda anlatan değışkilerinden ya da kiplerinden başka birşey değildir. Bu Ön. 15 ve Tan. 5'ten aşıktır.

ÖNERME 26

Herhangi bir eyleme belirlenen bir şey buna zorunlu olarak Tanrı tarafından belirlenir; ve Tanrı tarafından belirlenmeyen şey kendini eyleme belirleyemez.

Tanıt. Şeylerin eyleme belirlendiklerinin söylenmesine yol açan şey zorunlu olarak olumlu birşeydir (kendiliğinden açık olduğu gibi). Öyleyse Tanrı, doğasının zorunluluğundan ötürü, bunun özünüin olduğu gibi varoluşunun da etker nedenidir (Ön. 25 ve 16), ki tanıtlanacak ilk noktaydı. Bundan önermenin ikinci bölümünde tanıtlanacak olan da açık olarak çıkar. Çünkü Tanrı tarafından belirlenmemiş bir şey kendini belirleyebilecek olsaydı, önermenin ilk bölümü yanlış olurdu, ve bunu olanaklı saymak, gösterdiğimiz gibi, saçmadır.

ÖNERME 27

Tanrı tarafından herhangi bir eyleme belirlenmiş bir şey kendini belirlenmemiş kılamaz.

Tanıt. Bu önerme üçüncü belitten açıktır.

ÖNERME 28

Her tekil şey, ya da sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan her şey, kendisi de sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan bir başka neden tarafından varolmaya ve eyleme belirlenmedikçe varolamaz ve eyleme belirlenemez; ve yine, bu neden kendisi de sonlu olan ve varolmaya ve eyleme belirlenen bir başka neden tarafından olmadıkça varolamaz ve eyleme belirlenemez: ve bu sonsuza dek böyle gider.

Tanıt. Varolmaya ve eyleme belirlenen herşey buna Tanrı tarafından belirlenir (Ön. 26, ve Ön. 24'e Sonurgu). Ama sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan birşey Tanrının herhangi bir yüklemının saltık doğasından üretilemez, çünkü Tanrının herhangi bir yüklemının saltık doğasından doğan herşey sonsuz ve bengi-

dir (Ön. 21). Öyleyse Tanrıdan, ya da, belli bir kip tarafından değişkiye uğratılmış olarak düşünül­düğü sürece Tanrının belli bir yükleminden doğmuş olmalıdır; çünkü töztin ve kiplerin dışında hiçbirşey yoktur (Bel. 1, Tan. 3 ve 5), ve kipler (Ön. 25, Sonurgu) Tanrının yüklem­lerinin de­ğişkilerinden başka birşey de­ğildirler. Ama Tanrıdan, ya da, bengi ve sonsuz olan bir de­ğişki tarafından de­ğiştirildiği sürece onun yük­lemlerinin herhangi birinden de doğmuş olamaz (Ön. 22). O zaman bundan şu çıkar ki Tanrı tarafından, ya da Tanrının sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan bir de­ğişki tarafından de­ğiştirilen belli bir yüklemi tarafından varolma­ya ve eyleme belirlenmiş olmalıdır. Tanıtlanacak ilk nokta buydu. Yine, bu neden ya da bu kip (da­ha önce bu önermenin ilk yarısını tanıtılarken kullandığımız aynı uslamlama yoluyla) kendisi de sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan bir baş­ka neden tarafından belirlenmiş olmalıdır; ve yine bu son neden de (aynı uslamlama yoluyla) kendi payına bir başka neden tarafından belirlenmiş olmalıdır; ve bu sonsuza dek böyle gider.—Q.E.D.

Not. Belli şeylerin, e.d. Tanrının saltık doğasın­dan zorunlu olarak doğan şeylerin onun tarafın­dan dolaysızca üretilmiş olmaları gerektiğine göre, ve bu birinciler gene de Tanrı olmaksızın ne olabilen ne de kavranabilen başkaları için do­laylı kılıcı neden olduklarına göre, bundan ilk olarak şu çıkar ki Tanrı onun tarafından dolay­sızca üretilen şeylerin saltık olarak en yakın ne­denidir, kimilerinin dediği gibi, kendi türünde de­ğil. Çünkü Tanrının etkileri nedenleri olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilirler (Ön. 15, ve Ön. 24'e Sonurgu). Buna göre, ikinci olarak, Tanrıya sözcüğün gerçek anlamında tekil şey­lerin uzak nedeni denemez, eğer böylelikle onla­rı dolaysızca ürettiği, ya da daha doğrusu, onun saltık doğasından doğan şeylerden ayırdetmeye­ceksek. Çünkü bir uzak neden ile hiçbir yolda etkisi ile bağılı olmayanı anlarız. Ama olan her­şey Tanrıdadır, ve ona öylesine bağımlıdır ki, on­suz ne olabilir ne de kavranabilir.

Dei attributi sequitur, id infini­ tum, & aeternum est (per Prop. 21). Debit ergo ex Deo, vel aliquo ejus attributo sequi, quatenus aliquo modo affectum consideratur; praeter enim substantiam, & modos nil datur (per Axiom. 1 & Defin. 3 & 5), & modi (per Coroll. Prop. 25) nihil sunt, nisi Dei attributorum affectiones. At ex Deo, vel aliquo ejus attributo, quatenus affectum est modificatione, quae aeterna, & infinita est, sequi etiam non potuit (per Prop. 22). Debit ergo sequi, vel ad existendum, & operandum determinari a Deo, vel aliquo ejus attributo, quatenus modificatum est modificatione, quae finita est, & determinatam habet existentiam. Quod erat primum. Deinde haec rursus causa, sive hic modus (per eandem rationem, qua primam partem hujus jam jam demonstravimus) debuit etiam determinari ab alia, quae etiam finita est, & determinatam habet existentiam, & rursus haec ultima (per eandem rationem) ab alia, & sic semper (per eandem rationem) in infinitum. Q.E.D.

Scholium. Cum quaedam a Deo immediate produci debuerunt, videlicet ea, quae ex absoluta ejus natura necessario sequuntur, et alia mediantibus his primis, quae tamen sine Deo nec esse, nec concipi possunt; hinc sequitur I^o. quod Deus sit rerum immediate ab ipso productarum, causa absolute proxima; non vero in suo genere, ut ajunt. Nam Dei effectus, sine sua causa, nec esse, nec concipi possunt (per Prop. 15 & Coroll. Prop. 24). Sequitur II^o. quod Deus non potest proprie dici causa esse remota rerum singularium, nisi forte ea de causa, ut scilicet has ab iis, quas immediate produxit, vel potius, quae ex absoluta ejus natura sequuntur, distinguamus. Nam per causam remotam talem, intelligimus, quae cum effectu nullo modo conjuncta est. At omnia, quae sunt, in Deo sunt, & a Deo ita dependent, ut sine ipso nec esse, nec concipi possint.

Propositio XXIX

In rerum natura nullum datur contingens, sed omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt ad certo modo existendum, & operandum.

Demonstratio. Quicquid est, in Deo est (per Prop. 15): Deus autem non potest dici res contingens. Nam (per Prop. 11) necessario, non vero contingenter existit. Modi deinde divinae naturae ex eadem etiam necessario, non vero contingenter secuti sunt (per Prop. 16), idque, vel quatenus divina natura absolute (per Prop. 21), vel quatenus certo modo ad agendum determinata consideratur (per Prop. 27). Porro horum modorum Deus non tantum est causa, quatenus simpliciter existunt (per Coroll. Prop. 24), sed etiam (per Prop. 26), quatenus ad aliquid operandum determinati considerantur. Quod si a Deo (per eandem. Prop.) determinati non sint, impossibile, non vero contingens est, ut se ipsos determinent; & contra (per Prop. 27) si a Deo determinati sint, impossibile, non vero contingens est, ut se ipsos indeterminatos reddant. Quare omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt, non tantum ad existendum, sed etiam ad certo modo existendum, & operandum, nullumque datur contingens. Q.E.D.

Scholium. Antequam ulterius pergam, hic, quid nobis per Naturam naturantem, & quid per Naturam naturatam intelligendum sit, explicare volo, vel potius monere. Nam ex antecedentibus jam constare existimo, nempe, quod per Naturam naturantem nobis intelligendum est id, quod in se est, & per se concipitur, sive talia substantiae attributa, quae aeternam, & infinitam essentiam exprimunt, hoc est (per Coroll. 1 Prop. 14 & Coroll. 2 Prop. 17), Deus, quatenus, ut causa libera, consideratur. Per naturatam autem intelligo id omne, quod ex necessitate Dei naturae, sive uniuscuiusque Dei attributorum sequitur, hoc

ÖNERME 29

Şeylerin Doğasında olumsal hiçbirşey yoktur, ama tüm şeyler tanrısal doğanın zorunluğundan belli bir yolda varolmaya ve eyleme belirlenir.

Tanıt. Olan herşey Tanrıdadır (Ön. 15); ama Tanrının olumsal bir şey olduğu söylenemez. Çünkü (Ön. 11) olumsal değil ama zorunlu olarak vardır. Dahası, tanrısal doğanın kipleri bu doğadan olumsal değil ama zorunlu olarak doğarlar (Ön. 16), ve tanrısal doğa ister saltuk olarak (Ön. 21) isterse belli bir yolda eyleme belirlenmiş olarak (Ön. 27) düşünülün, bu böyledir. Ama Tanrı bu kiplerin nedenidir; yalnızca yalın olarak var oldukları sürece değil (Ön. 24'e Sonurgu), ama ayrıca (Ön. 26) herhangi bir eyleme belirlenmiş olarak düşünüldükleri sürece de. Ve eğer (önceki Ön.) Tanrı tarafından belirlenmiş değilse, kendi kendilerini belirlemeleri olumsal değil ama olanaksızdır; ve, tersine (Ön. 27) eğer Tanrı tarafından belirlenmişlerse, kendilerini belirsiz kılmaları olumsal değil ama olanaksızdır. Buna göre tüm şeyler yalnızca varolmaya değil, ama ayrıca belli bir yolda varolmaya ve eylemde bulunmaya da tanrısal doğanın zorunluğundan belirlenirler; ve olumsal hiçbirşey yoktur.—Q.E.D.

Not. Daha ileri gitmeden önce, burada *natura naturans* ve *natura naturata* ile ne demek istediğimizi açıklamak ya da daha doğrusu anlatmak istiyorum.* Çünkü, sanırım daha önce söylenenlerden açıktır ki, *natura naturans* ile kendinde olanı ve kendisi yoluyla kavrananana, ya da tözün öyle yüklemelerini anlayacağız ki bunlar bengi ve sonsuz özü, e.d. (Ön. 14'e Sonurgu 1 ve Ön. 17'ye Sonurgu 2), özgür bir neden olarak görüldüğü sürece Tanrıyı anlatırlar. Ama *natura naturata* ile Tanrının doğasının ya da yüklemelerinden herhangi birinin zorunluğundan doğan herşeyi, e.d. Tanrıda olan ve

*[*Natura naturans* ve *Natura naturata* Hollanda'da Spinoza'nın kendi zamanında da kullanılan Skolastik terimlerdir. Birincisi, *etkin/yaratıcı doğa*, özgür bir neden olarak, herşeyin enson ilkesi olarak, gerçek dolaysız olarak görülen Tanrıdır; ikincisi, *edilgin/yaratılan doğa*, Tanrıda olan ve Tanrı olmaksızın olamayan ve kavranamayan kipler bütünlüğüdür.]

Tanrı olmaksızın ne olabilen ne de kavranabilen şeyler olarak görüldükleri sürece Tanrının yüklemelerinin tüm kiplerini anlıyorum.

ÖNERME 30

*Edimdeki anlak, ister sonlu ister sonsuz olsun, Tanrının yüklemelerini ve Tanrının değişkilerini kapsama-
lıdır; başka birşeyi değil.*

Tanıt. Gerçek idea ideası olduğu şey ile bağdaşmalıdır (Bel. 6), e.d. (kendiliğinden açık olduğu gibi), anlakta nesnel olarak kapsanan şey Doğada zorunlu olarak varolmalıdır; ama Doğada (Ön. 14'e Sonurgu 1) yalnızca tek bir töz, eş deyişle Tanrı vardır, ve Tanrıda olanlar ve (Ön. 15) Tanrı olmaksızın ne olabilen ne de kavranabilenler dışında hiçbir değişki (aynı Önermeye göre) yoktur; öyleyse edimdeki anlak, ister sonlu ister sonsuz olsun, Tanrının yüklemelerini ve Tanrının değişkilerini kapsama-
lıdır; başka birşeyi değil.—Q.E.D.

ÖNERME 31

Edimdeki anlak, ister sonlu ister sonsuz olsun, tıpkı istenç, istek, sevgi vb. gibi, natura naturans ile değil ama natura naturata ile ilişkilendirilmelidir.

Tanıt. Çünkü anlak ile (kendiliğinden açık olduğu gibi) saltık düşünceyi değil ama yalnızca belli bir düşünce kipini anlıyorum ki, istek, sevgi vb. gibi başka kiplerden ayrıdır ve buna göre (Tan. 5) saltık düşünce yoluyla kavranmalıdır; başka bir deyişle (Ön. 15 ve Tan. 6), Tanrının düşüncenin bengi ve sonsuz özünü anlatan herhangi bir yüklemi yoluyla öyle bir yolda kavranmalıdır ki, o yüklem olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilir; buna göre (Ön. 29'a Not) anlak tüm geri kalan düşünce kipleri gibi *natura naturata* ile ilişkilendirilmelidir, *natura naturans* ile değil.—Q.E.D.

Not. Burada *edimdeki* anlaktan söz etmemin nedeni *gizillikteki* bir anlağın olabileceğini kabul etmem değil, ama, herhangi bir karışıklıktan kaçınabilmek için, en açık olarak algıladığımızın dışında, eş deyişle bizim tarafımızdan

est, omnes Dei attributorum modos, quatenus considerantur, ut res, quae in Deo sunt, & quae sine Deo nec esse, nec concipi possunt.

Propositio XXX

Intellectus actu finitus, aut actu infinitus Dei attributa, Deique affectiones comprehendere debet, & nihil aliud.

Demonstratio. Idea vera debet convenire cum suo ideato (per Axiom. 6), hoc est (ut per se notum) id, quod in intellectu objective continetur, debet necessario in natura dari: atqui in natura (per Coroll. 1 Prop. 14) non nisi una substantia datur, nempe Deus, nec ullae aliae affectiones (per Prop. 15), quam quae in Deo sunt, & quae (per eandem Prop.) sine Deo nec esse, nec concipi possunt; ergo intellectus actu finitus, aut actu infinitus Dei attributa, Deique affectiones comprehendere debet, & nihil aliud. Q.E.D.

Propositio XXXI

Intellectus actu, sive is finitus sit, sive infinitus, ut & voluntas, cupiditas, amor &c. ad Naturam naturatam, non vero ad naturantem referri debent.

Demonstratio. Per intellectum enim (ut per se notum) non intelligimus absolutam cogitationem, sed certum tantum modum cogitandi, qui modus ab aliis, scilicet cupiditate, amore, &c. differt, adeoque (per Defin. 5) per absolutam cogitationem concipi debet, nempe (per Prop. 15 & Defin. 6) per aliquod Dei attributum, quod aeternam, & infinitam cogitationis essentiam exprimit, ita concipi debet, ut sine ipso nec esse, nec concipi possit; ac propterea (per Schol. Prop. 29) ad Naturam naturatam, non vero naturantem referri debet, ut etiam reliqui modi cogitandi. Q.E.D.

Scholium. Ratio, cur hic loquar de intellectu actu, non est, quia concedo, ullum dari intellectum potentia, sed, quia omnem confusionem vitare cupio, nolui loqui,

nisi de re nobis quam clarissime percepta, de ipsa scilicet intellectione, qua nihil nobis clarius percipitur. Nihil enim intelligere possumus, quod ad perfectiorem intellectiōnis cognitionem non conducatur.

Propositio XXXII

Voluntas non potest vocari causa libera, sed tantum necessaria.

Demonstratio. Voluntas certum tantum cogitandi modum est, sicuti intellectus; adeoque (per Prop. 28) unaquaqueque volitio non potest existere, neque ad operandum determinari, nisi ab alia causa determinetur, & haec rursus ab alia, & sic porro in infinitum. Quod si voluntas infinita supponatur, debet etiam ad existendum, & operandum determinari a Deo, non quatenus substantia absolute infinita est, sed quatenus attributum habet, quod infinitam, & aeternam cogitationis essentiam exprimit (per Prop. 23). Quocumque igitur modo, sive finita, sive infinita concipiatur, causam requirit, a qua ad existendum, & operandum determinetur; adeoque (per Defini. 7) non potest dici causa libera, sed tantum necessaria, vel coacta. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur I°. Deum non operari ex libertate voluntatis.

Corollarium II. Sequitur II°. voluntatem, & intellectum ad Dei naturam ita sese habere, ut motus, & quies, & absolute, ut omnia naturalia, quae (per Prop. 29) a Deo ad existendum, & operandum certo modo determinari debent. Nam voluntas, ut reliqua omnia, causa indiget, a qua ad existendum, & operandum certo modo determinetur. Et, quavis ex data voluntate, sive intellectu infinita sequuntur, non tamen propterea Deus magis dici potest ex libertate voluntatis agere, quam propterea, quae ex motu, & quiete sequuntur (infinita enim ex his etiam sequuntur), dici potest ex libertate motus, & quietis agere.

başka herşeyden daha açık olarak algılanan anlam dışında hiçbirşeyden söz etmemeyi istememdir. Çünkü anlayabildiğimiz hiçbirşey yoktur ki bizi anlama ediminin daha eksiksiz bir bilgisine götürmesin.

ÖNERME 32

İstence özgür değil ama ancak zorunlu bir neden denebilir.

Tanıt. İstenc de tıpkı anlık gibi yalnızca belli bir düşünce kipidir; buna göre (Ön. 28) hiçbir istenc edimi başka bir neden tarafından belirlenmedikçe, ve bu da yine bir başkası tarafından belirlenmedikçe varolamaz ya da eyleme belirlenemez, ve bu sonsuza dek böyle gider. Eğer istencin sonsuz olması gerekiyorsa, varoluşa ve eyleme Tanrı tarafından belirlenmiş olmalıdır, ve gene de Tanrının saltık olarak sonsuz töz olması ölçüsünde değil, ama düşüncenin sonsuz ve bengi özünü anlatan bir yüklem taşıması ölçüsünde (Ön. 23). Öyleyse istenc ister sonlu isterse sonsuz olarak hangi yolda düşünülürse düşünülün, onu varoluşa ve eyleme belirleyebilecek bir nedeni gerektirir, ve buna göre (Tanım 7) özgür değil ama ancak zorunlu ya da zorlanmış bir neden olarak adlandırılabilir.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Bundan ilk olarak şu çıkar ki, Tanrı istenc özgürlüğünden davranmaz.

Sonurgu 2. Ve ikinci olarak şu çıkar ki, istenc ve anlık Tanrının doğası ile tıpkı devim ve dinginlik gibi, ve saltık olarak (Ön. 29) Tanrı tarafından belli bir yolda varolmaya ve eyleme belirlenmeleri gereken tüm doğal şeyler gibi ilişkilidir. Çünkü istenc, tüm başka şeyler gibi, onu belli bir yolda varoluşa ve eyleme belirleyecek bir nedene gereksinir. Ve gerçi verili bir istençten ya da anlaktan sonsuz sayıda şey doğabilse de, bundan çıkarak Tanrının istenc özgürlüğünden davranıldığı söylenemez, tıpkı devim ve dinginlikten doğan şeyler (çünkü devim ve dinginlikten de sonsuz sayıda şey doğar) nedeniyle Tanrının devim ve dinginlik özgürlüğünden davrandığının söylenemeyeceği gibi. Öyleyse istenc Tanrının doğa-

sına doğal şeylerin geri kalanından daha öte ait değildir; tersine, onunla devim ve dinginlik gibi ve tüm geri kalan şeyler gibi ilişkilidir—ki bunların tümü de, gösterdiğimiz gibi, tanrısal doğanın zorunluğundan doğarlar ve onun tarafından belli bir yolda varolmaya ve eyleme belirlenirler.

ÖNERME 33

Şeyler Tanrı tarafından üretilmiş olduklarından başka hiçbir yolda ve başka hiçbir düzende üretilemezlerdi.

Tanıt. Tüm şeyler Tanrının verili doğasından zorunlu olarak doğmuşlar (Ön. 16), ve onun doğasının zorunluğundan belli bir yolda varolmaya ve eyleme belirlenmişlerdir (Ön. 29). Öyleyse, eğer şeyler başka bir doğada olabilseler ya da eyleme başka bir yolda belirlenebilselerdi ve böylece doğanın düzeni başka türlü olabilseydi, o zaman Tanrının doğası da şimdi olduğundan ayrı olabilir, ve bu yüzden (Ön. 11) o ayrı tanrısal doğa da zorunlu olarak varolur ve buna göre iki ya da daha çok Tanrı olabilirdi, ki (Ön. 14'e Sonurgu 1) saçmadır. Öyleyse şeyler Tanrı tarafından üretilmiş olduklarından başka vb.—Q.E.D.

Not 1. Böylece şeylerde onlara olumsal denmesine yol açabilecek hiçbirşeyin saltık olarak bulunmadığını gün ışığından daha büyük bir açıklıkla gösterdiğim için, şimdi *olumsal* ile neyin anlaşılacağını birkaç sözle açıklamak istiyorum; ama daha önce *zorunlu* ve *olanaksız* ile neyin anlaşılacağını. Bir şeye ya özü açısından ya da nedeni açısından zorunlu denir. Çünkü bir şeyin varoluşu ya zorunlu olarak şeyin kendisinin özünden ve tanımından ya da verili bir etker nedenden doğar. Bir şeyin şu iki aynı nedenle *olanaksız* olduğu söylenir: ya şeyin kendisinin özü ya da tanımı bir çelişki içerdiği için, ya da böyle bir şeyi üretmeye belirlenmiş hiçbir dışsal neden olmadığı için. Ama bilgimizdeki bir eksikliğe gönderme olmaksızın bir şeye *olumsal* denemez. Çünkü bir şeyin özünün bir çelişki içerdiğini bilmiyorsa, ya da kesinlikle hiçbir çelişki içermediğini biliyorsak ve gene de nedenlerin düzeni bizden

Quare voluntas ad Dei naturam non magis pertinet, quam reliqua naturalia; sed ad ipsam eodem modo sese habet, ut motus, & quies, & omnia reliqua, quae ostendimus ex necessitate divinae naturae sequi, & ab eadem ad existendum, & operandum certo modo determinari.

Propositio XXXIII

Res nullo alio modo, neque alio ordine a Deo producti potuerunt, quam productae sunt.

Demonstratio. Res enim omnes ex data Dei natura necessario sequitae sunt (per Prop. 16), & ex necessitate naturae Dei determinatae sunt ad certo modo existendum, & operandum (per Prop. 29). Si itaque res alterius naturae potuissent esse, vel alio modo ad operandum determinari, ut naturae ordo alius esset; ergo Dei etiam natura alia posset esse, quam jam est; ac proinde (per Prop. 11) illa etiam deberet existere, & consequenter duo, vel plures possent dari Dei, quod (per Coroll. 1 Prop. 14) est absurdum Quapropter res nullo alio modo, neque alio ordine, &c. Q.E.D.

Scholium 1. Quoniam his luce meridiana clarius ostendi, nihil absolute in rebus dari, propter quod contingentes dicantur; explicare jam paucis volo, quid nobis per *contingens* erit intelligendum; sed prius, quid per *necessarium*, & *impossibile*. Res aliqua *necessaria* dicitur; vel ratione suae essentiae, vel ratione causae. Rei enim alicujus existentia vel ex ipsius essentia, & definitione, vel ex data causa efficiente necessario sequitur. Deinde his etiam de causis res aliqua *impossibilis* dicitur; nimirum quia vel ipsius essentia, seu definitio contradictionem involvit, vel quia nulla causa externa datur, ad talem rem producendam determinata. At res aliqua nulla alia de causa *contingens* dicitur, nisi respectu defectus nostrae cognitionis. Res enim, cujus essentiam contradictionem involvere

ignoramus, vel de qua probe scimus, eandem nullam contradictionem involvere, & tamen de ipsius existentia nihil certo affirmare possumus, propterea quod ordo causarum nos latet, ea nunquam, nec ut necessaria, nec ut impossibilis videri nobis potest, ideoque eandem vel contingentem, vel possibilem vocamus.

Scholium II. Ex praecedentibus clare sequitur, res summa perfectione a Deo fuisse productas: quandoquidem ex data perfectissima natura necessario secutae sunt. Neque hoc Deum ullius arguit imperfectionis; ipsius enim perfectio hoc nos affirmare coegit. Imo ex huius contrario clare sequeretur (ut modo ostendi), Deum non esse summe perfectum; nimirum quia, si res alio modo fuissent productae, Deo alia natura esset tribuenda, diversa ab ea, quam ex consideratione Entis perfectissimi coacti sumus ei tribuere. Verum non dubito, quin multi hanc sententiam, ut absurdam, expoliant, nec animum ad eandem perpendendam instituerent velint; idque nulla alia de causa, quam quia Deo aliam libertatem assueti sunt tribuere, longe diversam ab illa, quae a nobis (Defin. 7) tradita est; videlicet, absolutam voluntatem. Verum neque etiam dubito, si rem meditari vellent, nostrarumque demonstrationum seriem recte secum perpendere, quin tandem talem libertatem, qualem jam Deo tribuunt, non tantum, ut nugatoriam, sed, ut magnum scientiae obstaculum, plane rejiciant. Nec opus est, ut ea, quae in Scholio Propositionis 17 dicta sunt, hic repetam. Attamen in eorum gratiam adhuc ostendam, quod, quamvis concedatur, voluntatem ad Dei essentiam pertinere, ex ejus perfectione nihilominus sequatur, res nullo alio potuisse modo, neque ordine a Deo creari; quod facile erit ostendere, si prius consideremus id, quod ipsimet concedunt, videlicet ex solo Dei decreto, & voluntate pendere, ut unaquaeque res id, quod est, sit. Nam alias Deus omnium rerum causa non esset. Deinde quod omnia Dei

gizlendiği için varoluşu konusunda hiçbirşeyi pekinlikle ileri süremiyorsak, böyle bir şey bize hiçbir zaman zorunlu ya da olanaksız görünmez, ve dolayısıyla ona ya olumsal ya da olanaklı deriz.

Not 2. Bu belirtilenlerden açıktır ki şeyler Tanrı tarafından en yüksek eksiksizlik ile üretilmiş, çünkü verili bir en eksiksiz doğanın varoluşundan zorunlu olarak doğmuşlardır. Hiç kuşkusuz bununla Tanrıda herhangi bir eksiklik imlenmiş olmaz; çünkü bizi bunu ileri sürmeye tam olarak onun eksiksizliği zorlamıştır. Aslında bu öneriümün aykırısından açıkça (yukarıda gösterdiğim gibi) Tanrının en yüksek düzeyde eksiksiz olmadığı sonucu çıkardı, çünkü eğer şeyler başka bir yolda üretilmiş olsalardı Tanrıya öyle bir doğanın yüklenmesi gerekirdi ki, bu en eksiksiz Varlığı düşünmenin bizi ona yüklemeye zorladığından başka türlü olurdu. Hiç kuşku yok ki birçokları bu görüşü saçma olarak yadsıyacak, ve ne de daha yakından irdelene gereğini duyacaklardır, salt şu nedenle ki Tanrıya bizim saptadığımızdan (Tan. 7) oldukça ayrı bir özgürlük yüklemeye, eş deyişle bir saltık istenç yüklemeye alışkanlığında dırlar. Ama gene de kuşku yok ki, eğer sorun üzerinde düşünmeye ve tanımlamalar dizimizi sağın olarak irdelermeye istekli olsalardı, şimdi Tanrıya yükledikleri bu özgürlüğü yalnızca değersiz olarak değil ama bilgiye büyük bir engel olarak bütünüyle yadsırlardı. Ne de burada Ön. 17'ye Not'ta söylenenleri yinelememin bir gereği vardır. Ama benden ayrı düşünenlerin yararına burada göstereceğim ki, istencin Tanrının özüne ait olduğunun kabul edilmesine karşın, gene de Tanrının eksiksizliğinden şeylerin onun tarafından başka hiçbir kipte ya da hiçbir düzende yaratılamayacak olduğu sonucu çıkar; eğer ilk olarak karşıtlarının kendilerinin kabul ettiği şeyi, her bir şeyin ne ise o olmasının yalnızca Tanrının buyruk ve istencine bağlı olduğu görüşünü irdelersek, bunu göstermek kolay olacaktır. Yoksa Tanrı tüm şeylerin nedeni olamazdı. Ve yine kabul ederler ki, Tanrının tüm buyrukları

tüm bengilik boyunca Tanrının kendisi tarafından buyrulmuştur. Yoksa onun açısından eksiklik ve değişkenlik ileri sürülmüş olurdu. Ama bengilikte hiçbir *ne zaman* ya da *önce* ya da *sonra* olmadığı için, salt Tanrının eksiksizliğinden şu çıkar ki, Tanrı buyurmuş olduklarından başka herhangi birşeyi ne buyurabilir ne de buyurmuş olabilir; başka bir deyişle, Tanrı ne buyruklarından önce olmuştur, ne de onlar olmaksızın olabilir. Ama derler ki, gerçi Tanrının şeylerin Doğasını olduğundan başka türlü yapmış olduğu, ya da bengilikten bu yana Doğa ve düzeni konusunda başka birşey buyurmuş olduğu varsayılabilir de, bundan Tanrıda herhangi bir eksiklik olduğu sonucu çıkmaz. Ama eğer bunu söylerlerse, aynı zamanda Tanrının kendi buyruklarını değiştirebileceğini de kabul etmiş olurlar. Çünkü eğer Tanrı Doğa ve düzeni konusunda başka türlü karar vermiş olsaydı, e.d. eğer Doğa konusunda başka birşeyi istemiş ve düşünmüş olsaydı, zorunlu olarak şimdi taşıdıklarından ayrı bir anlak ve ayrı bir istenç taşıyor olurdu. Ve eğer Tanrıya özünde ve eksiksizliğinde herhangi bir değişim olmaksızın bir başka anlak ve bir başka istenç yüklemeye izin verilirse, o zaman hangi zeminde Tanrı yaratış konusundaki kararlarını değiştirebilecek ve gene de eşit ölçüde eksiksiz kalabilecektir? Çünkü yaratılmış şeyler ve düzenleri ile ilişki içinde anlağı ve istenci, hangi yolda düşünülürse düşünülünler, özü ve eksiksizliği açısından aynı kalırlar. Dahası, çalışmalarını gördüğüm tüm Felsefeciler Tanrıda gizil olarak varolan anlak diye birşeyin olmadığını, ama yalnızca edimsel olarak varolan bir anlağı kabul ederler; ama, tümünün de kabul ettiği gibi, Tanrının anlağı ve istenci yine onun özünden ayırdedilemez olduğu için, bundan şu da çıkar ki, eğer Tanrının bir başka edimsel anlağı ve bir başka istenci olmuş olsaydı, özü zorunlu olarak başka türlü olurdu; ve bu yüzden (başlangıçta gösterdiğim gibi), eğer şeyler Tanrı tarafından şimdi var olduklarından ayrı bir yolda üretilmiş olsalardı, Tanrının anlak ve istencinin, e.d. (kabul edildiği gibi) özünün de başka türlü olmuş olması gerekirdi, ki saçmadır.

decreta ab aeterno ab ipso Deo sancita fuerunt. Nam alias imperfectionis, & inconstantiae argueretur. At cum in aeterno non detur *quando*, *ante*, nec *post*: hinc, ex sola scilicet Dei perfectione, sequitur, Deum aliud decernere nunquam posse, nec unquam potuisse; sive Deum ante sua decreta nun fuisse, nec sine ipsis esse posse. At dicunt, quod, quamvis supponeretur, quod Deus aliam rerum naturam fecisset, vel quod ab aeterno aliud de natura, ejusque ordine decrevisset, nulla inde in Deo sequeretur imperfectio. Verum si hoc dicant, concedent simul, Deum posse sua mutare decreta. Nam si Deus de natura, ejusque ordine aliud, quam decrevit, decrevisset, hoc est, ut aliud de natura voluisset, & concepisset, alium necessario, quam jam habet intellectum, & aliam, quam jam habet, voluntatem habuisset. Et si Deo alium intellectum, aliamque voluntatem tribuere licet, absque ulla ejus essentiae, ejusque perfectionis mutatione, quid causae est, cur jam non possit sua de rebus creatis decreta mutare, & nihilominus aeque perfectus manere? Ejus enim intellectus, & voluntas circa res creatas, earum ordinem in respectu suae essentiae, & perfectionis, perinde est, quomodocumque concipiatur. Deinde omnes, quos vidi, Philosophi concedunt, nullum in Deo dari intellectum potentia, sed tantum actus; cum autem & ejus intellectus, & ejus voluntas ab ejusdem essentia non distinguantur, ut etiam omnes concedunt, sequitur ergo hinc etiam, quod, si Deus alium intellectum actu habuisset, & aliam voluntatem, ejus etiam essentia alia necessario esset; ac proinde (ut a principio conclusi) si aliter res, quam jam sunt, a Deo productae essent, Dei intellectus, ejusque voluntas; hoc est (ut conceditur) ejus essentia alia esse deberet, quod est absurdum.

Cum itaque res nullo alio modo, nec ordine a Deo producti potuerit, & hoc verum esse, ex summa Dei perfectione sequatur, nulla profecto sana ratio persuadere nobis potest, ut credamus, quod Deus noluerit omnia, quae in suo intellectu sunt, eadem illa perfectione, qua ipsa intelligit, creare. At dicent, in rebus nullam esse perfectionem, neque imperfectionem, sed id, quod in ipsis est, propter quod perfectae sunt, aut imperfectae, & bonae aut malae dicuntur, a Dei tantum voluntate pendere; atque adeo, si Deus voluisset, potuisset efficere, ut id, quod jam perfectio est, summa esset imperfectio, & contra. Verum quid hoc aliud esset, quam aperte affirmare, quod Deus, qui id, quod vult, necessario intelligit, sua voluntate efficere potest, ut res alio modo, quam intelligit, intelligat, quod (ut modo ostendi) magnum est absurdum. Quare argumentum in ipsos retorquere possum, hoc modo. Omnia a Dei potestate pendent. Ut res itaque aliter se habere possint, Dei necessario voluntas aliter se habere etiam debet; atqui Dei voluntas aliter se habere nequit (ut modo ex Dei perfectione evidentissime ostendimus). Ergo neque res aliter se habere possunt. Fateor, hanc opinionem, quae omnia indifferenti cuiusdam Dei voluntati subicit, & ab ipsius beneplacito omnia pendere statuit, minus a vero aberrare, quam illorum, qui statunt, Deum omnia sub ratione boni agere. Nam hi aliquid extra Deum videntur ponere, quod a Deo non dependet, ad quod Deus, tanquam ad exemplar, in operando attendit, vel ad quod, tanquam ad certum scopum, collimat. Quod profecto nihil aliud est, quam Deum fato subjicere, quo nihil de Deo absurdus statui potest, quem ostendimus tam omnium rerum essentiae, quam earum existentiae primam, & unicam liberam causam esse. Quare non est, ut in hoc absurdo refutando tempus consumam.

Öyleyse şeyler Tanrı tarafından başka hiçbir yolda ya da hiçbir düzende yaratılmış olamayacakları için, ve bunun doğruluğu Tanrının en yüksek eksiksizliğinden çıktığı için, bizi Tanrının anlayışında olan tüm şeyleri onları düşündüğü aynı eksiksizlik ile yaratmayı istememiş olduğuna inandıracak hiçbir geçerli uslamlama olamaz. Ama diyeceklerdir ki şeylerde ne eksiksizlik ne de eksiklik diye birşey vardır; tersine, onlarda olan ve onların eksiksiz ya da eksikli olmalarına ve iyi ya da kötü olduklarının söylenmesine yol açan şey yalnızca Tanrının istencine bağlıdır; ve dolayısıyla, eğer Tanrı istemiş olsaydı, şimdi eksiksizlik olanın en büyük eksiklik olmasını ya da bunun tersini sağlayabilirdi. Ama bu açıkça istediğini zorunlu olarak anlayan Tanrının kendi istenci yoluyla şeyleri anladığından ayrı bir yolda anlayabileceğini ileri sürmekten başka ne olacaktır, ve bu (şimdi gösterdiğim gibi) büyük bir saçmalıkta başka nedir? Buna göre uslamlamayı şu yolda karşıtlarımın kendilerine karşı çevirebilirim. Herşey Tanrının gücüne bağlıdır. Şeylerin olduklarından başka türlü olabilmeleri için zorunlu olarak Tanrının istencinin başka türlü olması gerekirdi; ama Tanrının istenci başka türlü olamaz (onun eksiksizliğinden çok açık olarak gösterdiğimiz gibi). Öyleyse şeyler olduklarından başka türlü olamazlardı. Kabul ediyorum ki tüm şeyleri belli bir ilgisiz Tanrının istencine altgüdümlü kılan ve tüm şeylerin Tanrının keyfine bağlı olduğunu ileri süren bu görüş gerçeklikten Tanrının herşeyi iyilik bakış açısından [*sub ratione boni*] yaptığını ileri süren görüşten daha az uzak değildir. Çünkü bu Tanrının dışında ona bağlı olmayan, onun işlerinde kendisine bir örnek olarak baktığı ya da belirli bir hedef gibi yöneldiği birşeyi varsayıyor görünür. Bu aslında Tanrıyı yazığına altgüdümlü kılmaktan, Tanrı için ileri sürülebilecek en büyük saçmalıkta başka birşey değildir—Tanrı ki, onun tüm şeylerin varoluşlarının olduğu gibi özlerinin de ilk ve biricik özgür nedeni olduğunu göstermiştik. Bu yüzden bu saçmalıklarla daha fazla zaman yitirmeye değmez.

ÖNERME 34

Tanrının gücü özünün kendisidir.

Tanıt. Çünkü yalnızca Tanrının özünün zorunluğundan şu çıkar ki, Tanrı kendinin (Ön. 11), ve (Ön. 16 ve ona Sonurgu) tüm şeylerin nedenidir. Öyleyse, Tanrının kendisinin ve tüm şeylerin olmasını ve davranmasını sağlayan gücü onun özünün kendisidir.—Q.E.D.

ÖNERME 35

Tanrının gücünde olduğunu kavradığımız herşey zorunlu olarak vardır.

Tanıt. Çünkü Tanrının gücünde olan herşey (önceki Ön.) onun özünde ondan zorunlu olarak doğacağı ve dolayısıyla zorunlu olarak varolacağı bir yolda kapsanmalıdır.—Q.E.D.

ÖNERME 36

Doğasından belli bir etkinin doğmadığı hiçbirşey yoktur.

Tanıt. Varolan herşey Tanrının doğasını ya da özünü belli ve belirli bir yolda anlatır (Ön. 25'e Sonurgu), e.d. (Ön. 34) varolan herşey tüm şeylerin nedeni olan Tanrının gücünü belli ve belirli bir yolda anlatır, ve öyleyse (Ön. 16) ondan belli bir etki doğmalıdır.—Q.E.D.

EK

Böylelikle Tanrının doğasını ve özelliklerini, zorunlu olarak varolduğunu; bir olduğunu; yalnızca kendi doğasının zorunluğundan olduğunu ve davrandığını; tüm şeylerin ve hangi yolda özgür nedenleri olduğunu; tüm şeylerin onda olduklarını, ve ona onsuz hiçbirşeyin olmayacağı ve kavranamayacağı bir yolda bağımlı olduklarını; ve, son olarak, tüm şeylerin istenc özgürlüğü ya da saltık özenç değil ama Tanrının saltık doğası ya da sonsuz gücü yoluyla onun tarafından önceden belirlenmiş olduklarını gösterdim. Bundan başka, her fırsatta tanıtılmalarının doğruluğunun anlaşılmasını önleyebilecek önyargıları gidermeye çalıştım; ama

Propositio XXXIV

Dei potentia est ipsa ipsius essentia.

Demonstratio. Ex sola enim necessitate Dei essentiae sequitur, Deum esse causam sui (per Prop. 11), & (per Prop. 16 ejusque Coroll.) omnium rerum. Ergo potentia Dei, qua ipse, & omnia sunt, & agunt, est ipsa ipsius essentia. Q.E.D.

Propositio XXXV

Quicquid concipimus in Dei potestate esse, id necessario est.

Demonstratio. Quicquid enim in Dei potestate est, id (per Prop. praeced.) in ejus essentia ita debet comprehendi, ut ex ea necessario sequatur, adeoque necessario est. Q.E.D.

Propositio XXXVI

Nihil existit, ex cujus natura aliquis effectus non sequatur.

Demonstratio. Quicquid existit, Dei naturam, sive essentiam certo, & determinato modo exprimit (per Coroll. Prop. 25), hoc est (per Prop. 34), quicquid existit, Dei potentiam, quae omnium rerum causa est, certo, & determinato modo exprimit, adeoque (per Prop. 16) ex eo aliquis effectus sequi debet. Q.E.D.

Appendix

His Dei naturam, ejusque proprietates explicui, ut, quod necessario existit; quod sit unicus; quod ex sola suae naturae necessitate sit, & agat; quod sit omnium rerum causa libera, & quomodo; quod omnia in Deo sint, & ab ipso ita pendeant, ut sine ipso nec esse, nec concipi possint; & denique quod omnia a Deo fuerint praedeterminata, non quidem ex libertate voluntatis, sive absoluto benepalacio, sed ex absoluta Dei natura, sive infinita potentia. Porro ubique data fuit occasio, praedeterminata, quae impedire poterant, quominus meae demonstrationes perciperentur, amovere curavi; sed quia non pauca adhuc restant

praecipua, quae etiam, imo maxime impedire poterant, & possunt, quominus homines rerum concatenationem eo, quo ipsam explicui, modo amplecti possint, eadem hic ad examen rationis vocare operae pretium duxi. Et quoniam omnia, quae hic indicare suscipio, praecipua pendent ab hoc uno, quod scilicet communiter supponant homines, omnes res naturales, ut ipsos, propter finem agere; imo, ipsum Deum omnia ad certum aliquem finem dirigere, pro certo statuunt: dicunt enim, Deum omnia propter hominem fecisse, hominem autem, ut ipsum coleret. Hoc igitur unum prius considerabo, quaerendo scilicet, primo causam, cur plerique hoc in praecipuo acquiescant, & omnes natura adeo propensi sint ad idem amplectendum. Deinde ejusdem falsitatem ostendam, & tandem, quomodo ex hoc orta sint praecipua de *bono & malo, merito & peccato, laude & vituperio, ordine & confusione, pulchritudine & deformitate*, & de aliis hujus generis. Verum, haec ab humanae mentis natura deducere, non est hujus loci: Satis hic erit, si pro fundamento id capiam, quod apud omnes debet esse in confesso; nempe hoc, quod omnes homines rerum causarum ignari nascuntur, & quod omnes appetitum habent suum utile quaerendi, cuius rei sunt conscii. Ex his enim sequitur, primo, quod homines, se liberos esse, opinentur, quandoquidem suorum volitionum, sui que appetitus sunt conscii, & de causis, a quibus disponuntur ad appetendum, & volendum, quia earum sunt ignari, nec per somnium cogitant. Sequitur secundo, homines omnia propter finem agere; videlicet propter utile, quod appetunt; unde fit, ut semper rerum peractarum causas finales tantum scire expetant, & ubi ipsas audiverint, quiescant; nimirum, quia nullam habent causam ulterius dubitandi. Sin autem easdem ex alio audire nequeant, nihil eis restat, nisi ut ad semet se convertant, & ad fines, a quibus ipsi ad similia determinari solent, reflectant, & sic ex suo ingenio ingenium alterius necessario judicant. Porro

geriye şeylerin bağlaşımmının açıkladığım yolda kavranmasına çok büyük bir engel olmuş olan ve henüz olmayı sürdüren birçok önyargı kaldığı için, bunları us yoluyla irdelemek üzere ele almaya değer gördüm. Ama burada ele alacağım tüm önyargılar yalnızca tek bir nokta üzerine, insanların genellikle Doğadaki tüm şeylerin tıpkı kendileri gibi belli bir erek uğruna davrandığını sanmaları üzerine dayandığı için, ve giderek Tanrının kendisinin bile tüm şeyleri belli bir ereğe yönelttiğini güvenle ileri sürdükleri için (çünkü Tanrının tüm şeyleri insan için, ve insanı ise ona tapınsın diye yarattığını söylerler), herşeyden önce bunu irdeleyeceğim. İlkın niçin birçok insanın bu önyargıya düştüğünü, ve niçin tümünün de buna öylesine doğallıkla yatkın olduklarını araştıracağım. Daha sonra yanlışlığını, ve son olarak ondan *iyi ve kötü, değer ve kabahat, övgü ve yergi, düzen ve karışıklık, güzellik ve çirkinlik* ve bu tür başka şeyler üzerine önyargıların nasıl doğduğunu göstereceğim. Ama burası bu şeyleri insan anlığının doğasından çıkarsamanın yeri değildir; burada, herkes tarafından kabul edilmesi gerektiği gibi, insanın şeylerin nedenlerinin bilgisizi olarak dünyaya geldiğini, ona yararlı olanı aramak için bir istek duyduğunu ve bunun bilincinde olduğunu uslanlama için bir zemin olarak almam yeterli olacaktır. Bundan ilk olarak şu çıkar ki, insanlar istenç ve itkilerinin bilincinde oldukları ölçüde kendilerini özgür sayarlar, ve onları istek duymaya ve istemeye götüren nedenlerin bilgisizi oldukça, bunların varlıklarını düşlerinde bile göremezler. İkinci olarak, insanlar her şeyi bir erek uğruna, eş deyişle istedikleri yarar uğruna yaparlar; bu yüzden bir ki olmuş olanların yalnızca sonsal nedenlerini ortaya çıkarmaya çalışır, ve bunların ne olduğunu gördüklerinde doyum bulurlar, çünkü bundan böyle daha öte kuşku için hiçbir nedenleri kalmaz. Ama bu sonsal nedenlerin ne olduğunu bir başkasından öğrenemedikleri zaman, onlar için geriye kendilerine dönmekten ve genellikle onları benzer cylemlere belirleyen erekler üzerine düşün-

mekten başka yapacak şey kalmaz; ve böylece başkalarının anlığını zorunlu olarak kendilerinininki ile yargırlar. Dahası, hem kendi içlerinde hem de kendi dışlarında kendilerine yararlı olan şeylere erişmek için hiç de küçük katkıları olmayan bir araçlar çokluğu buldukları için—örneğin görmek için yararlı olan gözler; çiğnemek için dişler; beslenme için bitkiler ve hayvanlar; aydınlanmak için güneş, balık tutmak için deniz—, tüm doğal şeyler yararlı olanı elde etmenin araçları olarak görülmeye başlar; bunlar açıkça insan tarafından icadedilmedikleri ama yalnızca oldukları gibi buldukları için, bunları onların kullanımı için bir başkasının hazırlamış olduğuna inanmak için bir neden bulurlar. Çünkü bir kez onları birer araç olarak gördükten sonra, onların kendi kendilerini yaratmış olduklarına inanmaları söz konusu olamaz, ve böylece kendileri için hazırlama alışkanlığında oldukları araçlardan Doğanın insan özgürlüğü ile donatılı olan, onlar için herşeyin çaresine bakan, ve tüm şeyleri onların kullanması için yapmış olan belli bir egemeni ya da egemenleri olduğunu çıkarsamak zorunda kalmışlardır. Bu egemenlerin anlıkları üzerine hiçbirşey iştmemiş oldukları için, onları kendi anlıklarına göre yargılamak zorunda kalmışlar, ve bu yüzden tanrıların insanların onlara bağlanabilmesi ve onlara en yüksek onuru verebilmeleri için herşeyi onlar yararına yönelttiklerini ileri sürmüşlerdir; her insanın Tanrı onu geri kalan herkesin üstünde sevebilsin ve tüm Doğayı onun kör isteğine ve doymak bilmez açgözlülüğüne hizmet etmeye yöneltebilsin diye kendi kafasından Tanrıya değişik bir tapımına türü icademesinin nedeni budur. Böylece bu önyargı bir boşınca dönerek anlıkta derin kökler saldı; ve herkesin şeylerin sonsal nedenlerini anlamak ve açıklamak için öylesine büyük çabalar göstermesinin nedeni budur. Bununla birlikte, bana öyle görünüyor ki Doğanın hiçbirşeyi (eş deyişle, insana yararlı olmayan hiçbirşeyi) boşuna yapmadığını gösterme girişimi Doğanın tanrılarla birlikte insan denli deli olduğunu göstermede sonlanır. Ama tüm bunların sonunda neye götürdüğüne bakın! Doğada sayısız yararlı şey arasında hiç de az

cum in se, & extra se non pauca reperiant media, quae, ad suum utile assequendum, non parum conducant, ut ex. gr. oculos ad videndum, dentes ad masticandum, herbas, & animalia ad alimentum, solem ad illuminandum, mare ad alendum pisces, hinc factum, ut omnia naturalia, tanquam ad suum utile media, considerent; & quia illa media ab ipsis inventa, non autem parata esse sciunt, hinc causam credendi habuerunt, aliquem alium esse, qui illa media in eorum usum paraverit. Nam postquam res, ut media, consideraverunt, credere non potuerunt, eandem se ipsas fecisse; sed ex mediis, quae sibi ipsi parere solent, concludere debuerunt, dari aliquem, vel aliquos naturae rectores, humana praeditos libertate, qui ipsis omnia curaverint, & in eorum usum omnia fecerint. Atque horum etiam ingenium, quandoquidem de eo nunquam quid audiverant, ex suo iudicare debuerunt, atque hinc statuerunt, Deos omnia in hominum usum dirigere, ut homines sibi devinciant, & in summo ab iisdem honore habeantur; unde factum, ut unusquisque diversos Deum colendi modos ex suo ingenio excogitaverit, ut Deus eos supra reliquos diligeret, & totam naturam in usum coecae illorum cupiditatis, & insatiabilis avaritiae dirigeret. Atque ita hoc praedictum in superstitionem versum, & altas in mentibus egit radices; quod in causa fuit, ut unusquisque maximo conatu omnium rerum causas finales intelligere, easque explicare studeret. Sed dum quaesiverunt ostendere, naturam nihil frustra (hoc est, quod in usum hominum non sit) agere, nihil aliud videntur ostendisse, quam naturam, Deosque aequae, ac homines, delirare. Vide quae, quo res tandem evasit! Inter tot naturae commoda

non pauca reperire debuerunt incommoda, tempestates scilicet, terrae motus, morbos &c. atque haec statuerunt propterea evenire, quod Dii irati essent ob iniurias, sibi ab hominibus factas, sive ob peccata in suo cultu commissa; & quamvis experientia indies reclamaret, ac infinitis exemplis ostenderet, commoda, atque incommoda piis aequae, ac impiis promiscue evenire, non ideo ab inveterato praedictio destiterunt: facilius enim iis fuit, hoc inter alia incognita, quorum usum ignorabant, ponere, & sic praesentem suum & innatum statum ignorantiae retinere, quam totam illam fabricam destruere, & novam excogitare. Unde pro certo statuerunt, Deorum iudicia humanum captum longissime superare: quae sane unica fuisset causa, ut veritas humanum genus in aeternum lateret; nisi Mathesis, quae non circa fines, sed tantum circa figurarum essentias, & proprietates versatur, aliam veritatis normam hominibus ostendisset, & praeter Mathesin aliae etiam adsignari possunt causae (quas hic enumerare supervacaneum est), a quibus fieri potuit, ut homines communia haec praedicta animadvertent, & in veram rerum cognitionem ducerentur.

His satis explicui id, quod primo loco promisi. Ut jam autem ostendam, naturam finem nullum sibi praefixum habere, & omnes causas finales nihil, nisi humana esse figmenta, non opus est multis. Credo enim id jam satis constare, tam ex fundamentis, & causis, unde hoc praedictum originem suam traxisse ostendi, quam ex Propositione 16 & Corollariis Propositionis 32 & praeterea ex iis omnibus, quibus ostendi, omnia naturae aeternae quadam necessitate, summaque perfectione procedere. Hoc tamen adhuc addam, nempe, hanc de fine doctrinam naturam omnino evertere. Nam id, quod revera causa est, ut effectum considerat, & contra. Deinde id, quod natura prius est, facit posterius. Et denique id,

sayıda olmayan sıkıntıları da görmek zorundaydılar—fırtınalar, depremler, hastalıklar vb.; ve bunların ya tanrılar insanların onlara karşı yaptıkları haksızlıklardan öfkeye kapıldıkları için, ya da onlara tapımda işledikleri kabahatler nedeniyle olmuş oldukları söylendi; ve gerçi deneyimin bunu her gün çürütmesine ve sayısız örneklerle hem yararlı hem de zararlı olanın hiçbir ayrım gözetmeden dindar olmayanlar gibi dindarların da başına geldiğini göstermesine karşın, bu yüzden bu noktada katı önyargılardan vazgeçilmiş değildir; çünkü insan için bunları kullanmasını bilmediği başkalarının yanına koyarak şimdiki ve doğustaki bilgisizlik durumunu sürdürmek bütün bir yapıyı yıkıp yeniden kurmaktan çok daha kolaydı. Bu yüzden tanrıların yargılarının kavrayışımızı çok çok aştığının tartışma götürmez olduğu düşünülürdü; ve eğer ereklerle değil ama betilerin özleri ve özellikleri ile ilgilenen Matematik bize bir başka gerçeklik ölçümünü sunmamış olsaydı, salt bu görüş bile gerçekliğin tüm bengilik boyunca insan soyundan gizli kalması için yeterli olurdu. Ve Matematiğe ek olarak (ki burada sıralanmaları gereksizdir) insanı bu ortak önyargılar üzerine düşünmeye yöneltecek ve onları şeylerin gerçek bir bilgisine götürecek başka nedenler de belirtilebilir.

Bunlarla açıklamak için söz verdiğim ilk noktayı yeterince açıklamış oldum. Şimdi Doğanın kendi önüne hiçbir erek koymadığını ve tüm sonsal nedenlerin insanların uydurmalarından başka birşey olmadığını göstermek için çok şey söylemek gerekemeyecektir. Çünkü inanıyorum ki bu söz konusu önyargının hem temellerinden hem de nedenlerinden, ve Ön. 16'dan ve Ön. 32'nin Sonurgularından, ve ayrıca tüm şeylerin Doğanın belli bir bengi zorunluluğundan en yüksek eksiksizlik ile doğmuş olduklarını göstermek için kullandığım tüm önermelerden yeterince açıktır. Gene de şu noktayı eklemem gerek ki, sonsal nedenler öğretisi Doğayı bütünüyle altüst eder. Çünkü gerçekte neden olanı etki, ve etki olanı neden olarak görür. Yine, Doğada ilk olanı son yapar. Ve son olarak en yüksek ve en eksik-

siz olanı en eksik olana çevirir. Çünkü (ilk iki önermeyi kendiliğinden açık oldukları için atlar-sak) Ön. 21, 22 ve 23'ten açıktır ki, Tanrı tarafından dolaysızca üretilen etki en eksiksiz etkidir, ve bir etki üretimi için ara nedenlerin zorunlu olması ile orantılı olarak eksiktir. Ama Tanrı tarafından dolaysızca üretilen şeyler Tanrının ereği-ne erişebilmesi için yapılmış olsalardı, o zaman uğruna birincinin yapılmış olduğu sonuncunun zorunlu olarak tümü içinde en üstünü olması gerekirdi. Bunun dışında, bu öğreti Tanrının eksiksizliğini ortadan kaldırır; çünkü Tanrı bir ereğe erişmek için çalışırsa, zorunlu olarak onda eksik olanı istiyor olacaktır. Ve gerçi Tanrıbilim-ciler ve Metafizikçiler gereksinim ereği ve ben-zeşme ereği arasında bir ayrım yapsalar da, Tanrının herşeyi yaratılan şeyler uğruna değil ama kendi uğruna yapmış olduğunu kabul ederler, çünkü yaratılıştan önce uğruna Tanrının davran-mış olması gereken şey olarak Tanrıdan baş-kasımı gösteremezler, ve dolayısıyla kaçınılmaz olarak Tanrının kendilerine erişmek için araç hazırlamayı istediği şeylerden yoksun olduğunu ve onları istediğini kabul etmek zorunda kalır-lar—ki kendinde açıktır. Ve yine burada gözden kaçırmamak gerek ki, bu öğretinin şeylerin erek-lerini saptamada dehalarını sergileyerek bir doyum bulan yandaşları bu öğretilerini inandırıcı kılmak için yeni bir uslamlama türü getirmiş-lerdir: olanaksıza ergi değil ama bilgisizliğe ergi—, ki öğretilerini tanıtlamak için ellerinde başka hiçbir aracın kalmadığını gösterir. Çünkü, örneğin, eğer bir taş çatıdan birinin başma düşe-rek onu öldürmüşse, bunlar bu yolla taşın adamı öldürmek için düştüğünü tanıtlayacaklardır. Çünkü Tanrının istenci yoluyla bu amaç için düşmediyse, nasıl olur da böyle birçok koşul (çünkü sık sık birçok koşul eşzamanlı olarak çakışır) şans yoluyla biraraya gelebilirdi? Belki de olay rüzgar estiği ve adam o yoldan geçmek zorunda olduğu için yer aldı yanıtını vereceksi-niz. Ama karşı çıkacaklardır: niçin rüzgar o sıra-da esti, niçin adam tam o sırada o yoldan geçti? Eğer yine yanıtlayacak ve rüzgar o güne dek din-

quod supremum, & perfectissimum est, reddit imperfectissimum. Nam (duobus prioribus omissis, quia per se manifesta sunt) ut ex Propositionibus 21, 22 & 23 constat, ille effectus perfectissimus est, qui a Deo immediate producitur, & quo aliquid pluribus causis intermediis indiget, ut producatur, eo imperfectius est. At si res, quae immediate a Deo productae sunt, ea de causa factae essent, ut Deus finem assequeretur suum, tum necessario ultimae, quarum de causa priores factae sunt, omnium praesantissimae essent. Deinde haec doctrina Dei perfectionem tollit: Nam, si Deus propter finem agit, aliquid necessario appetit, quo caret. Et, quamvis Theologi, & Metaphysici distinguant inter finem indigentiae, & finem assimilationis, fatentur tamen Deum omnia propter se, non vero propter res creandas egisse; quia nihil ante creationem praeter Deum assignare possunt, propter quod Deus ageret; adeoque necessario fateri coguntur, Deum iis, propter quae media parare voluit, caruisse, eaque cupivisse, ut per se clarum. Nec hic praeterendum est, quod huius doctrinae Sectatores, qui in assignandis rerum finibus suum ingenium ostentare voluerunt, ad hanc suam doctrinam probandam, novum attulerunt modum argumentandi, reducendo scilicet, non ad impossibile, sed ad ignorantiam; quod ostendit nullum aliud fuisse huic doctrinae argumentandi medium. Nam si ex. gr. ex culmine aliquo lapis in alicujus caput ceciderit, eumque interfecerit, hoc modo demonstrabunt, lapidem ad hominem interficiendum cecidisse. Ni enim eum in finem, Deo id volente, ceciderit, quomodo tot circumstantiae (saepe enim multae simul concurrunt) casu concurrere poterunt? Respondebis fortasse, id ex eo, quod ventus flavit, & quod homo illac iter habebat, evenisse. At instabunt, cur ventus illo tempore flavit? cur homo illo eodemque tempore illac iter habebat? Si iterum respondeas, ventum tum

ortum, quia mare praecedenti die, tempore adhuc tranquillo, agitari inceperat; & quod homo ab amico invitatus fuerat; instabant iterum, quia nullus rogandi finis, cur autem mare agitabatur? cur homo in illud tempus invitatus fuit? & sic porro causarum causas rogare non cessabunt, donec ad Dei voluntatem, hoc est, ignorantiae asylum confugeris. Sic etiam, ubi corporis humani fabricam vident, stupescunt, & ex eo, quod tantae artis causas ignorant, concludunt, eandem non mechanica, sed divina, vel supernaturali arte fabricari, taliique modo constitui, ut una pars alteram non laedat. Atque hinc fit, ut qui miraculorum causas veras quaerit, quique res naturales, ut doctus, intelligere, non autem, ut stultus, admirari studet, passim pro haeretico, & impio habeatur, & proclametur ab iis, quos vulgus, tanquam naturae, Deorumque interpretes, adorat. Nam sciunt, quod, sublata ignorantia, stupor, hoc est, unicuique argumentandi, tuendaeque suae auctoritatis medium, quod habent, tollitur. Sed haec relinquo, & ad id, quod tertio loco hic agere constitui, pergo.

Postquam homines sibi persuaserunt, omnia, quae fiunt, propter ipsos fieri, id in unaquaque re praecipuum judicare debuerunt, quod ipsis utilissimum, & illa omnia praestantissima aestimare, a quibus optime afficiebantur. Unde has formare debuerunt notiones, quibus rerum naturas explicarent, scilicet, *Bonum, Malum, Ordinem, Confusionem, Calidum, Frigidum, Pulchritudinem, & Deformatem*: & quia se liberos existimant, inde hae notiones ortae sunt, scilicet, *Lais, & Vituperium, Peccatum, & Meritum*; sed has infra, postquam

gin kalan deniz önceki gün karıştığı için esti, ve adam bir dostunun davetine gidiyordu diyecek olursanız, sorgulamalarına bir son olmadığı için, bir kez daha karşı çıkacaklardır: Ama niçin deniz karıştı? Adam niçin o sırada davet edildi? ve böylece nedenlerin nedenini sormaya son vermeyecekler ve sonunda sizi Tanrının istencine, bilgisizliğin sığmağına sığınmak zorunda bırakacaklardır. Böylece, insan bedeninin yapısına bakarken de hayrete düşerler; ve böyle bir sanatın nedenlerinin bilgisizi oldukları için, bedeninin düzeneksel değil ama doğüstü ya da tanrısal bir sanat tarafından yapıldığı, ve hiçbir parçanın bir başkasına zarar veremeyeceği bir yolda oluşturulduğu vargısını çıkarırlar. Bu yüzden tansıkların gerçek nedenlerini bulmaya çalışan ve doğal şeylere bir aptal gibi bakmayıp bir bilge gibi onu anlamayı isteyen insan çoğu kez bir heretik ve dinsiz olarak görülür,* ve halkın kendilerine hem Doğanın hem de tanrıların yorumcuları olarak taptığı insanlar tarafından öyle olduğu bildirilir. Çünkü bunlar bilirler ki, eğer bilgisizlik ortadan kaldırılacak olursa yetkelerini ileri sürmelerinin ve savunmalarının bir-cik aracı olan o aptalca hayret de ellerinden gidecektir. Ama bunları bırakıyor ve üçüncü olarak tartışmaya karar verdiğim noktaya geçiyorum.

İnsanlar bir kez kendilerini olan herşeyin onlar için yapılmış olduğuna inandırdıktan sonra, kaçınılmaz olarak herşeyde onlara en yararlı olanın en önemli olduğu yargısında bulunmak ve en hoşlarına giden şeyleri değerinde herşeyden üstün saymak zorunda kalırlar. Bu yolda örneğin *İyi, Kötü, Düzen, Karışıklık, Sıcak, Soğuk, Güzel ve Çirkin* vb. gibi şeylerin Doğasını açıklamalarını sağlayan kavramları oluşturmaları gerekli oldu; ve kendilerini özgür sandıkları için, *Övgü* ve *Yergi, Kabahat* ve *Değer* gibi daha öte kavramlar ortaya çıktı; bu sonuncuları daha sonra insan doğasını irdelerken açıklayacağım; ama birincileri şimdi kısaca tartışacağız. Belirtmek gerek ki sağlık için ve Tanrıya

*[Bu sözler genellikle Spinoza'nın kendisine yönelik bir gönderme olarak kabul edilir. *Tractatus Theologico-Politicus* (1670), Bölüm 6'da Spinoza hiçbir tansık olamayacağını, herşeyin doğal yasa tarafından açıklanabileceğini yazar ve politik/dünyasal dindarlık tarafından 'heretik ve dinsiz' olarak kınanır.]

tapınma için katkıda bulunan herşeye *iyi* derler; karşıtlarına ise, tersine, *kötü*. Ama şeylerin Doğasını anlamayıp tersine onları yalnızca imgeleyenler şeylere ilişkin hiçbirşey ileri sürmedikleri ve imgelemi anlak diye aldıkları için, şeylerin ve kendi doğalarının bilgisizi olarak şeylerde bir *düzen* olduğu konusunda katı bir inanç taşırlar. Çünkü şeyler bize duyular tarafından sunulduğu zaman onları kolayca imgeleyebileceğimiz ve dolayısıyla kolayca anımsayabileceğimiz bir durumdaysalar, onlara *iyi düzenlenmiş* deriz; ama karşıt durumda onlara *kötü düzenlenmiş* ya da *karışık* deriz. Dahası, kolayca imgeleyebildiğimiz şeyler bizim için özellikle haz verici olduğundan, insanlar düzeni karışıklığa yeğlerler; sanki düzen bizim imgelemimiz ile bağıntısına bakılmaksızın Doğadaki birşeymiş gibi; ve derler ki Tanrı herşeyi düzen içinde yarattı, ama bu yolda bilmeksizin Tanrıya imgelem yüklerler, eğer, belki de, Tanrının insan imgelemi için kaygısından ötürü şeyleri en kolay imgelebilecekleri yolda düzenlediğini demek istemiyorlarsa; ne de imgelemimizi çok çok aşan ve zayıflığından ötürü birçoğu onu karıştıran sonsuz sayıda şeyin bulunması olgusu onları duraksatacak gibi görünür. Ama bu kadar yeter. Sözüünü ettiğim öteki kavramlar imgelemin değişik yollarda etkilenmesine yol açan imgelem kiplerinden başka birşey değildirler, ve gene de bilgisizler tarafından şeylerin başlıca yüklemeleri olarak görülürler; çünkü, belirttiğimiz gibi, tüm şeylerin onlar için yapılmış olduğunu düşünür, ve bir şeyin doğasına ondan etkileniş yollarına göre *iyi* ya da *kötü*, *sağlam*, *bozuk* ya da *çürük* derler. Örneğin, eğer sinirlerin göz aracılığıyla algılanan nesnelere aldığı devim sağlığa yararlıysa, buna neden olan nesnelere *güzel* denir; buna karşı, aykırı bir devime yol açarlara ise *çirkin* denir. Duyuları burun-delikleri yoluyla uyarın şeylere *hoş-kokulu* ya da *pis-kokulu* denir; dil yoluyla etkide bulunanlara *tatlı* ya da *acı*, *lezeli* ya da *lezzetsiz* denir. Dokunma yoluyla etkide bulunanlara *yumuşak* ya da *sert*, *pürüzlü* ya da *pürüzsüz* denir. Ve son olarak kulaklar yoluyla etkide bulunanlara *gürültü*, *ses* ya da *uyum* yaratıcı denir

de natura humana egero, illas autem hic breviter explicabo. Nempe id omne, quod ad valetudinem, & Dei cultum conducit, *Bonum*, quod autem iis contrarium est, *Malum* vocaverunt. Et quia ii, qui rerum naturam non intelligunt, sed res tantummodo imaginantur, nihil de rebus affirmant, & imaginationem pro intellectu capiunt, ideo ordinem in rebus esse firmiter credunt, rerum, suaeque naturae ignari. Nam cum ita sint dispositae, ut, cum nobis per sensus repraesentantur, eas facile imaginari, & consequenter earum facile recordari possimus, easdem *bene ordinatas*, si vero contra, ipsas *male ordinatas*, sive *confusas* esse dicimus. Et quoniam ea nobis prae caeteris grata sunt, quae facile imaginari possumus, ideo homines ordinem confusioni praefereunt; quasi ordo aliquid in natura praeter respectum ad nostram imaginationem esset; dicuntque Deum omnia ordine creasse, & hoc modo ipsi nescientes Deo imaginationem tribuunt; nisi velint forte, Deum, humanae imaginationi providentem, res omnes eo dispositis modo, quo ipsas facillime imaginari possent; nec moram forsan iis injicere, quod infinita reperiantur, quae nostram imaginationem longe superant, & plurima, quae ipsam, propter ejus imbecillitatem, confundunt. Sed de hac re satis. Caeterae deinde notiones etiam praeter imaginandi modos, quibus imaginatio diversimode afficitur, nihil sunt, & tamen ab ignaris, tanquam praecipua rerum attributa, considerantur; quia, ut jam diximus, res omnes propter ipsos factas esse, credunt; & rei alicujus naturam *bonam*, vel *malam*, *sanam*, vel *putridam*, & *corruptam* dicunt, prout ab eadem afficiuntur. Ex. gr. si motus, quem nervi ab objectis, per oculos representatis, accipiunt, valetudini conducit, objecta, a quibus causatur, *pulchra* dicuntur, quae autem contrarium motum cient, *deformia*. Quae deinde per nares sensum movent, *odorifera*, vel *faetida* vocant,

quae per linguam, *dulcia*, aut *amarā*, *sapida* aut *insipida*, &c. Quae autem per tactum; *dura*, aut *mollia*, *aspera*, aut *laevia*, &c. Et quae denique aures movent, *strepitum*, *sonum*, vel *harmoniam* edere dicuntur, quorum postremum homine's adeo dementia-vit, ut Deum etiam harmonia delectari crederent. Nec desunt Philosophi, qui sibi persuaserint, motus coelestes harmoniam componere: Quae omnia satis ostendunt, unumquemque pro dispositione cerebri de rebus iudicasse, vel potius imaginationis affectiones pro rebus accepisse. Quare non mirum est (ut hoc etiam obiter notemus), quod inter homines tot, quot experimur, controversiae ortae sint, ex quibus tandem Scepticismus. Nam, quamvis humana corpora in multis convenient, in plurimis tamen discrepant, & ideo id, quod uni bonum, alteri malum videtur; quod uni ordinatum, alteri confusum; quod uni gratum, alteri ingratum est, & sic de caeteris, quibus hic supersedeo, cum quia hujus loci non est de his ex professo agere, tum quia hoc omnes satis experti sunt. Omnibus enim in ore est, quot capita, tot sensus, suo quemque sensu abundare, non minora cerebrorum, quam palatorum esse discrimina: quae sententiae satis ostendunt, homines pro dispositione cerebri de rebus iudicare, resque potius imaginari, quam intelligere. Res enim si intellexissent, illae omnes, teste Mathesi, si non allicerent, ad minimum convincerent.

Videmus itaque omnes notiones, quibus vulgus solet naturam explicare, modos esse tantummodo imaginandi, nec ullius rei naturam, sed tantum imaginationis constitutionem indicare; & quia nomina habent, quasi essent entium, extra imaginationem existentium, eadem entia, non rationis, sed imaginationis voco, atque adeo omnia argumenta, quae contra nos ex similibus notionibus petuntur, facile propulsari possunt. Solent enim multi sic argumentari. Si omnia ex necessitate perfectissimae Dei natu-

ki, bunlardan sonuncusu insanların dengelerini öyle bir düzeyde yitirmesine neden olmuştur ki, Tanrının bile ondan hoşlandığına inanmışlardır. Gerçekten de, kendilerini göksel devimlerin bir uyum yarattığına inandıran felsefeciler bile vardır; tüm bunlar yeterince açık olarak gösterir ki, herkes şeyleri beyninin yapısına göre yargılar, ya da daha doğrusu şeylerin yerine imgeleminin değişkilerini alır. Bu yüzden (geçerken belirtebileceğimiz gibi) gördüğümüz tüm gelişmelerin insanlar arasında doğmuş olmasına, ve en sonunda Kuşkuculuğun kendini göstermiş olmasına şaşırılmamak gerekir. Çünkü insan bedenleri birçok şeyde anlaşsalar da, daha da çoğunda ayrılırlar, ve dolayısıyla bir kimseye iyi gelen bir başkasına kötü, birine düzenli gelen bir başkasına karışık görünüyor, birine hoş gelen bir başkasına nahoş gelir; ve bu hem burada uzunlamasına ele alamayacağımız için hem de herkesin kendi deneyim alanında oldukları için atladığımız başka durumlarda da böyle gider. Çünkü şu anlatımlar herkesin ağızındadır: Ne denli kafa varsa, o denli anlayış vardır: Herkes kendi kavrayışından doyum bulur: Kafalar ne denli ayrırsa, beğeniler de o denli ayırıcıdır—tüm bu özdeyişler insanların sorunlar üzerine beyinlerinin yapısına göre karar verdiklerini ve şeyleri anlamaktan çok imgelediklerini gösterir. Eğer şeyleri anlamış olsalardı, tüm bunlar, Matematiğin tanıtladığı gibi, onları en azından inandırabilirdi, üstelik tümüne çekici gelmeseler bile.

Öyleyse sıradan insanların Doğayı açıklamada kullanma alışkanlığında oldukları tüm o kavramların yalnızca değişik imgelem kipleri olduğunu, ve kendinde herhangi birşeyin doğasını değil ama yalnızca imgelemin yapısını belirttiklerini görürüz; ve sanki imgelemin dışında varolan kendiliklermiş gibi adları olduğu için, onlara usun varlıkları [*ens rationis*] değil ama imgelemin varlıkları [*ens imaginationis*] diyoruz; ve böylece bu tür kavramlar üzerinde bize karşı yöneltilen tüm uslamlamalar kolayca püskürtülebilir. Örneğin birçok insan şöyle uslamlamada bulunmaya alışmıştır. Eğer tüm şeyler

Tanrının en eksiksiz doğasının zorunluğundan gelmişlerse, nasıl olmuştur da Doğada böylesine çok eksiklik doğmuştur? Örneğin tüm şeylerin kokuşma noktasına dek çürümeleri; bulantı yaratan çirkinlik; şaşkınlık, kötülük, kabahat vb.? Ama, az önce gösterdiğim gibi, tüm bunlar kolayca karşılanabilir. Çünkü şeylerin eksiksizliğinin yalnızca doğaları ve güçleri yoluyla yargılanması gerekir; buna göre, bir şey insan duyularına hoş ya da tiksindirici geldiği, ya da insan doğasına yararlı ya da zararlı olduğu için daha çok ya da daha az eksiksiz değildir. Ama niçin Tanrının tüm insanları yalnızca us tarafından yönetilebilecekleri bir yolda yaratmamış olduğunu soranlara yalnızca şu yanıtı veriyorum: Çünkü Tanrı için en yüksekte en alt eksiksizlik düzeyine dek herşeyin yaratılması için gereç eksik olmamıştır; ya da, daha doğru bir deyişle, çünkü Tanrının doğasının yasaları öylesine kapsamlıydılar ki, Ön. 16'da tanıtladığım gibi, sonsuz bir anlık tarafından kavranabilecek herşeyin üretimi için yeterli olmuşlardır.

Bunlar burada belirtme görevini üstlendiğim önyargılardır. Eğer benzer bir irada daha başkaları kalmışsa, bunlar üzerlerine biraz düşünerek kolayca düzeltilir.

Birinci Bölümün Sonu

rae sunt consecuta, unde ergo tot imperfectiones in natura ortae? Videlicet, rerum corruptio ad factorem usque, rerum deformitas, quae nauseam moveat, confusio, malum, peccatum &c. Sed, ut modo dixi, facile confutantur. Nam rerum perfectio ex sola earum natura, & potentia est aestimanda, nec ideo res magis, aut minus perfectae sunt, propterea quod hominum sensum delectant, vel offendunt, quod humanae naturae conducunt, vel quod eidem repugnant. Iis autem, qui quaerunt, cur Deus omnes homines non ita creavit, ut solo rationis ductu gubernarentur? nihil aliud respondeo, quam quia ei non defuit materia ad omnia, ex summo nimirum ad infimum perfectionis gradum, creanda; vel magis proprie loquendo, quia ipsius naturae leges adeo amplae fuerunt, ut sufficerent ad omnia, quae ab aliquo infinito intellectu concipi possunt, producenda, ut Propositione 16 demonstravi.

Haec sunt, quae hic notare suscepimus, praesudicia. Si quaedam huius farinae adhuc restant, poterunt eadem ab unoquoque mediocri meditatione emendari.

Finis Partis Primae